

Eple btī pauli aplī Eple sep
tem canonice Actus aplor
Apocalypsis H·XV

A

Biblia

cc XIV ?
XIII
(XI ...)

N 659

Iste liber attinet monasterio Scti Quirini in Tegernse in quo infra scripta continentur





Incipit

prolog⁹ btī ieronimi pbri in eplas scti pauli apli

Epistole pauli ad romanos causa hec e. Ecclesiam e duob⁹ ppliis id est de iudeis et gentilib⁹ congregatā exequat meritis. ut causas eius auferat simultatis. q̄ de volūtate pplationis mutue nascebāt. Ergo ut pace int se et caritate iūgatur / ostendit pares condicione. dū pctis fuisse obnoxios cōpbāt. q eque salutē p fidē xpi sint et gentes cōsecuti. Nam neq3 iudeis pfuisse legem incustoditā docet. nec gentiles posse legis ignoratiōe defendi. cũ racio et ad dei noticiam perducere potuit. et ab omni vite pravitate revocare. Sciendũ q legis nō exposicioñ cōtinuā ee dictoz. s3 subnotationes breues singulis vsib⁹ ac vbis appositas. Pauli apli eple quattuordecim nũo. Ad romanos vna. ad corinthios due. ad galathas vna. ad ephesios vna. ad philippenses vna. ad colosenses vna. ad thessalonicenses due. ad tymotheũ due. ad tytum vna. ad phylemonē vna. ad hebreos vna. Omis textus in his eplaz. ad vir⁹ hois pfectioz pficit. Cũ romanis ita agit apls paul⁹ qi cũ incipiētib⁹.

qui post gentilitatem ut in via fidei sortiantur et perveniant ad
spem vite eterne. multa de phylosophicis rationibus in
sinuat. multa de scripturis divinis. Ad corinthios pri
ma. consecutos iam fidem non recte conversantes obiurgat.
Secunda ad corinthios. contristatos quidem sed emendatos oste
dit. Galathas in fide ipsa peccantes. et ad iudaismum
declinantes exponit. Ephesios quia incipiunt et custodiunt
laudat. quod ea que acceperant servaverint. Philippenses qui in
quod crediderint servantes. ad fructum pervenerint. Colosenses
collaudat. et velut ignotis scribit. quia accepto nuncio ab
epafra custodisse evangelium gratulatur. Thessalonicenses
in opere et fide crevisse gratulatur. In secunda preterea quod et passi perse
cutiones in fide perseveraverint. quos et sanctos appellat. et illos
qui in iudea christo confessi persecutiones fortiter toleraverunt. Ad
hebreos. ad quorum similitudinem passi sunt thessalonicenses.
ut in mandatis persequentes persecutiones promptissime
paciantur. Omnes autem epistole pauli sunt numero quatuorde
cim. Ad romanos una. ad corinthios due. ad ga
lathas una. ad ephesios una. ad philippenses
una. ad colosenses una. ad thessalonicenses due.
ad hebreos una. quos hortatur ad similitudinem thessaloni
censium. Hec in canone non habetur. Relique ad ty
motheum prima quemadmodum agat ecclesiam.
secunda quemadmodum seipsum agat. Ad ty
tum ut creditam sibi ecclesiam discrete ordinet.
Ad phylemonem de onesimo servo. qui emen
datus melior factus est.

Alius prologus beati Jeronimi presbiteri in epistolas
sancti pauli apostoli.

prologus.

Primum quidem queritur. quare post euangelia que supplementum legis sunt. et in quibus nobis exempla et precepta viuendi plenissime digesta sunt. voluerit apostolus has epistolas ad singulas ecclesias destinare. Hac autem causa factum videtur. scilicet ut inicia nascentis ecclesie nouis causis existentibus. et presentia atque orientia resecaret vicia. et post futuras excluderet questiones. exemplo usus prophetarum. qui post editam legem moysi in qua omnia dei mandata legebantur. nichilominus tamen doctrina sua rediuiua semper populi compressere peccata. et propter exemplum libros ad nostram eciam memoriam transmiserunt. Deinde queritur. cur non amplius quam decem epistolas ad ecclesias scripserit. Decem enim sunt. cum

.plog⁹.

illa que dicitur ad hebreos. Nam relique quatuor. ad discipulos specialiter sunt porrecte. Ut ostenderet nouum non discrepare ueteri testamento. et se contra legem non facere moysi. ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas ordinauit. et quot ille preceptis a pharaone instituit liberatos. totidem hic epistolis a diaboli et idolatrie seruitute edocet adquisitos. Nam et duas tabulas lapideas. duorum testamentorum figuram habuisse uiri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane que ad hebreos scribitur quidam pauli non esse contendunt. eo quod non sit eius nomine titulata. et propter sermonis stilique distantiam. Sed aut barnabe iuxta tertullianum. aut luce iuxta quosdam. uel certe clementis discipuli apostolorum et episcopi romane ecclesie post apostolos ordinati. Quibus respondendum est. Si propterea pauli non erit quia eius non habet nomen. ergo nec alicuius erit. quia nul

lius nomine titulatur. Quod si inueniens absurdumque
est. ipsius magis -- credenda ē. que tan
to doctrine sue fulget eloquio. Sed
quoniam apud hebreorum ecclesias quasi destruc
tor legis falsa suspitione habebatur: uo
luit tacito nomine de figuris legis & ue
ritate xpi reddere rationem. ne odium
nominis fronte prelati utilitatem exclu
deret rationis. Non ē sane mirum. si elo
quentior uideatur in proprio id ē hebreo
quam in peregrino id est greco. quo cete
re eple sunt scripte sermone. Mouet eti
am quosdam. quare romanorum epla in
primo sit posita. cum eam non primam
scriptam ratio manifestet. Nam hanc se
proficiscentem ierosolimam scripsisse testatur. cum
corinthios & alios iam ante ut ministe
rium quod secum portaturus erat collige
rent. liter is adhortatus sit. Unde in
telligi quidam uolunt ita omnes eplas
ordinatas: ut prima poneretur quamuis
posterior fuerit destinata. ut per singulas

prolog.

ceptas gradibus ad perfectiora ueniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant. ut non intelligerent dei se gratia seo ... suis meritis esse saluatos. et ob hoc duo inter se populi confluctarent. Idcirco illos indigere asserit confirmari. uitia gentilitatis priora commemorans. Corinthiis autem iam dicit scientie gratiam esse concessam. et non tam omnes increpat quam cur peccantes non increpauerint reprehendit. sicut. Auditur inter uos fornicatio. et iterum. congregatis uobis cum meo spiritu. tradere huiusmodi sathane. In secunda uero. laudantur. et ut magis ac magis proficiant commonentur. Galathe iam nullius criminis arguuntur. nisi hoc tantum. quod callidissimis pseudo apostolis crediderunt. Ephesii sane nulla reprehensione. sed multa laude sunt digni. quia fidem apostolicam seruauerunt. Philippenses etiam multo magis collaudantur. qui nec audire quidem falsos apostolos uoluerunt. Thessalonicen

ses nihilominus ; i duab⁹ eptis omni lau
de psequitur. eo quod non solum fidem
inconcussam seruauerint ueritatis. s
ꝫ eciã in psecutione ciuium fuerint constan
tes inuenti. Colosenses autem tales erant. ut
cũ ab apto uisi corporalit̃ non fuissent. hac
laude digni haberentur. Et si corpore quidẽ
absens sum. sed spũ uobiscum sum. gaudens
& uidens ordinem urm̃. De hebreis uero
quid dicendum ẽ. quorum thessalonicen
ses qui plurimum laudati sunt imitato
res facti esse dicuntur. Sicut ipse ait. Et
uos frs̃ imitatores facti estis ecclarum dĩ.
que sunt in iudea. Eadem enim passi estis
& uos a contribulibus urĩs. que & illi a iu
deis. Apud ipsos quoqꝫ hebreos eadem com
memorat dicens. Nam & uinctis compassi
estis. & rapinam bonorum urõrum cum
gaudio suscepistis. cognoscentes uos habe
re meliorem & manentem substantiam.

Expliciũt prologi.

Argu

Incipit argumētū in eplām bti
pauli apli ad Romanos

ROmani s̄. qui ex iudeis gētibusq;
crediderūt. Hi supba contentione
uolebant se alterutrū super
ponere. Nam iudei dicebant. Nos sumus
populus dī. quos abinitio dilexit et fo
uit. Nos circumcisi exgenere abraham
exstirpe scā descendimus. et notus retro
apud iudeam tantum dš. Nos de egypto
signis dī et uirtutibus liberati. mare
sicco ptrāsiuimus pede. cum inimicos
nrōs grauissimi fluctus inuoluerent.
Nobis manna pluit dns indeserto. et qua
si filiis suis celeste pabulum ministrauit.
Nos die noctuq; incolumna nubis ignisq;
precessit. ut nob̄ ī inuio iter ostenderet.
Atq; ut cetera eius circa nos inmensa bene
ficia taceamus. nos soli digni fuimus dei legē
accipere. et uocem dī loquentis audire. eiusq;
cognoscere uoluntatem. Inqua lege no
bis pmissus est xps. adquos etiam ipse

uenisse testatus ē dicens· non ueni nisi ad
oues que perierunt domus isrl· cum uos
canes potius quam homines appellaue-
rit· Iquimine ergo ēut hodie idola dese
rentes quib⁹ abinitio deseruistis nobis cō
paremini· & n̄ potius in p̄scitorum loco
ex legis auctoritate & consuetudine de
putemini∴ Et hoc ipsum non merebami-
ni· nisi quia larga semp̄ dī clementia uo
luit uos ad nr̄am imitationem admitte
re· Gentes etiam econtrario respondebant·
Quanto maiora erga uos dī beneficia nar
raueritis· tanto maioris uos criminis reos
ēē monstrabitis· Semp̄ enim his omnib⁹
extitistis ingrati· Nam ipsis pedibus quib⁹
aridum mare transistis· ludebatis ante
idola que fecistis· Et ipso ore quo pau
lo ante ob necē aduersariorū dn̄o cantaue
ratis· simulachra uobis fieri poposcistis·
Illis oculis ueneranda quib⁹ dm̄ in nube
uel igne conspicere solebatis· symulacra
intuebamini· Manna quoq; uobis fasti-

dio fuit. & semp in deserto contra dnm
murmurastis. ad egyptum unde uos manu
ualida eiecerat redire cupientes. Qd plura.
Ita pres uri crebra prouocatione deu irrita
uerunt. ut omnes in herimo morerentur.
nec plus ex senioribus eorum quam duo
homines terra repmissionis intrarent. Sed
quid antiqua replicam. cu etiam si illa mi
nime fecissetis. de hoc solo uos nemo dig
nos uenia iudicaret. qd dnm xpm a pphis
semp uobis uocib repmissu non solu suscipe
re noluistis. sed etia morte pessima pemistis.
Quem nos ut cognouim statim credidim. cu
nob de eo ante n fuerit pdicatu. Unde p
batur. qd idolis seruiuim non obstinationi
mentis sed ignorantie deputandu. Qui eni
agnitu ilico sequimur. olim utiq sequere
mur. si antea cognouissem. Sic autem uos
de generis nobilitate iactatis. quasi non
morum imitatio magis quam carnalis
natiuitas. uos faciat ee filios scorum. Denique
esau et ysmahel cum ex abrahe stirpe sint.

iuentu·

minime tamen reputantur· His talit̄ alter-
cantib⁹· ap̄ts se mediū int̄ponens ita par-
tium dirimit questiones· ut neutrū eorū
sua iusticia salutem meruisse confirmet·
ambos ū pp̄tos & scienter & grauit̄ deli-
quisse· iudeos q̄dē q̄ p p̄uaricationem le-
gis dn̄i inhonorauerint· gentes ū quod
cum cognitū de creatura creatorē ut dn̄m
debuerint uenerari· glam ei⁹ in manufac-
ta mutauerint symulachra· Utrosq; & ia
similit̄ ueniā consecutos/equales ēē ue-
rissima ratione demonstrat· prescrtim cū
in eadem lege p̄dictū sit. ut iudeos & gen
tes ad fidem xp̄i uocandos ostendat·
Quam obrem uicissim eos humilians· ad
pacem & concordiam cohortatur·

Aliud argumentum in ep̄lam sc̄ti
pauli apostoli ad Romanos·

Romani sunt in partib⁹ ytalie· Hij
preuenti a falsis ap̄lis· et sb̄ noīe
domi nr̄i ihū xp̄i in legem et p̄phe
tas erāt inducti· Hos reuocat ap̄ls
ad uerā et euangelicā fidem· scibens eis a
corintho· Explicitunt argumenta·

Hy sunt versus de sancto paulo damasi pape

Iam dudum saulus · procerum precepta
secutus · Cum domino patrias vellet
preponere leges · Abnueret sanctos xpm
laudasse prophetas · Cedibus assiduis ·
cuperet discerpere plebem · Dum lace
rat sancte matris · pia fetera cecus ·
Post tenebras verum · meruit cogno
scere lumen · Temptatus sensit · possit
quid gloria xpristi · Auribus ut do
mini vocem lucemque recepit · Compo
suit mores · xpristi precepta secutus ·
Mutato placuit · postquam de nomine
paulus · Mira fides rerum · subito trans
ethera vectus · Noscere promeruit · pos
sent quid premia vite · Conscendit

raptus · martir · penetralia xpristi ·
Tercia lux celi · tenuit paradysus euntem · Colloquiis domini fruitur · secreta reservat · Gentibus ac pplis · iussus predicere vera · Profundum penetrare maris · noctuque · dieque · Visere cui magnum satis est · vixisse ferentem · Verbera vincla famem · lapides rabiemque ferarum · Carceris illuviem · virgas tormenta cathenas · Naufragium lacrimas · serpentis dira venena · Stigmata non timuit · portare in corpore xpristi · Credentes docuit · presentem vincere mortem · Dignus amore dei · vivit per secla magister · Versibus hiis breviter · fateor beatissime doctor · Sancte tuos damasus volui monstrare triumphos · · 68 ·

Ex libro · de illustribus viris ·

Paulus ex tribu beniamyn · et oppido iudee gyscalis · Quo a romanis capto · thar

sum cilicie commigrauit. et a parentibus missus hyerosolimam. ad pedes gamalielis legem didicit. Cum persecutor effectus pergens damascum in via correptus est a domino. et ab anania baptizatus est. Christum predicat. et apostolus gentium ab apostolis iuncto barnaba constitutus. Persequentibus iudeis. cesarem appellauit. Et romam iterum vinctus neronis secundo anno a felice mittitur. ubi duobus aliis annis. in libera custodia quotidie cum iudeis disputabat. Post hec in occidente decem annis predicans. iterum romam reuersus est. Quartodecimo neronis anno pro christo capite truncatus. tricesimoseptimo anno post passionem domini. sepultusque est in ostiensi.

Incipit epistola sancti pauli apostoli ad Romanos.

Ad Rōnos.

Capitulum primum

PAULUS SERUUS

xpisti ihesu vocatus
apostolus segregatus in
euangelium dī quod ante
pmiserat p prophetas suos
in scripturis scīs de filio suo·
qui factus ē ei ex semine dauid se
cundum carnem· qui predestinatus
est filius dī in uirtute secundum spm
scificationis ex resurrectione mortuorū
ihū xpī dnī nrī· per quem accepimus grām
& apostolatum ad obediendum fidei in om
nibus gentibus pro nomine eius· in quibus estis
& uos uocati ihū xpī· omnibus qui sunt ro
me dilectis dī uocatis scīs· Gratia uobis & pax

sum cilicie commigrauit. et a pa
rentibus missus hyerosolimam. ad
pedes gamalielis legem didicit. Dum
persecutor effectus. pergens damascum in
via correptus est a domino. et ab anania
baptizatus est. Xpistum predicat. et apostolus
gentium ab apostolis iuncto barnaba
constitutus. Persequentibus iudeis. cesarem
appellauit. Et romam iterum vinctus
neronis secundo anno a felice mit
titur. ubi duobus aliis annis. in libera
custodia quotidie cum iudeis dispu
tabat. Post hec in occidente decem an
nis predicans. iterum romam reuersus est.
Quartodecimo neronis anno pro xpisto
capite truncatur. tricesimoseptimo an
no post passionem domini. sepultusque est in
ostiensi.

Incipit epistola sancti pauli apostoli ad Romanos.

Capitulum primum.

PAULUS SERUUS xpisti ihesu vocatus
apostolus· segregatus in
euangelium dī quod ante
pmiserat p prophetas suos
in scripturis scīs de filio suo·
qui factus ē ei ex semine dauid se
cundum carnem· Qui predestinatus
est filius dī in uirtute secundum spm̄
scificationis ex resurrectione mortuorū
ihu xpi dnī nrī· perquem accepimus grām
& apostolatum ad obediendum fidei in om
nibus gentibus pnomine eius· in quibus estis
& uos uocati ihu xpi· omnibus qui sunt ro
me dilectis dī uocatis scīs· Gratia uobis & pax

sum cilicie commigrauit. et a pa
rentibus missus hierosolimam. ad
pedes gamalielis legem didicit. Sum
persecutor effectus. pergens damascum in
via correptus est a domino. et ab anania
baptizatus est. Christum predicat. et apostolus
gentium ab apostolis iuncto barnaba
constitutus. Persequentibus iudeis. cesarem
appellauit. Et romam ideo vinctus
neronis secundo anno a felice mit
titur. vbi duobus aliis annis. in libera
custodia quotidie cum iudeis dispu
tabat. Post hec in occidente decem an
nis predicans. iterum romam reuersus est.
Quartodecimo neronis anno pro christo
capite truncatur. tricesimoseptimo an
no post passionem domini. sepultusque est in
ostiensi.

Incipit epistola sancti pauli apostoli ad Romanos.

Capitulum pmum

PAULUS SERUUS

xpristi ihesu vocatus
apostolus. segregatus in
euangelium dī quod ante
pmiserat p prophetas suos
in scripturis scīs de filio suo.
qui factus ē ei ex semine dauid se
cundum carnem. Qui predestinatus
est filius dī in uirtute secundum spm̄
scificationis ex resurrectione mortuorū
ihū xpī dn̄i nr̄i. per quem accepimus grām
& apostolatum ad obediendum fidei in om
nibus gentibus pnomine eius. in quibus estis
& uos uocati ihū xpī. omnibus qui sunt ro
me dilectis dī uocatis scīs. Gratia uobis & pax

a deo patre nostro · et domino ihesu christo ·

primum quidem gratias ago deo meo per ihesum christum pro omnibus uobis · quia fides uestra annuntiatur in uniuerso mundo · Testis enim mihi est deus cui seruio in spiritu meo in euangelio filii eius · quod sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis · obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos · Desidero enim uidere uos · ut aliquid impertiar uobis gratie spiritualis ad confirmandos uos · id est simul consolari in uobis per eam que inuicem est fidem uestram atque meam ·

Nolo enim uos ignorare fratres · quia sepe proposui uenire ad uos · et prohibitus sum usque adhuc · ut aliquem fructum habeam in uobis sicut et in ceteris gentibus · Grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum · Ita quod in me promptum est et uobis qui rome estis euangelizare · Non enim erubesco euangelium · Virtus enim dei est in salutem omni credenti · iudeo primum et greco · Iusticia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem · sicut scriptum est · Iustus autem ex fide uiuit ·

Rōnos.

Reuelatur enim ira dī de celo sup omnem im
pietatem & iniusticiā hominum. eorū qui
ueritatem dī in iniusticia detinent. quia qđ
notum ē dī. manifestū ē in illis. Ds enī illis
manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura
mundi p ea que facta sunt intellecta conspici
untur. sempiterna quoq: eius uirtus & diui
nitas. ita ut sint inexcusabiles. Quia cū cog
nouissent dm̄. non sicut dm̄ glorificauerunt
aut gratias egerunt. sed euanuerunt in cogita
tionibus suis. & obscuratum ē insipiens cor eoꝝ.
Dicentes enim se ēē sapientes. stulti facti sunt.
Et mutauerunt glam incorruptibilis dī in si
militudinem imaginis corruptibilis hominis.
& uolucrum & quadrupedum & serpentiū.
Propter quod tradidit illos ds in desideria
cordis eorum in inmunditiā. ut contumeliis
afficiant corpora sua in semetipsis. Qui cōmuta
uerunt ueritatem dī in mendacium. & coluerunt.
& seruierunt creaturę pocius quā creatori. qui
est benedictus in secula amen.
Propterea tradidit illos ds in passiones ignominie.

Nam feminę eorum mutauerunt naturalem usum · in eum usum qui ē contra natura · Simi liter autem & masculi relicto naturali usu femi nę · exarserunt in desideriis suis inuicem masculi in masculos turpitudinē operantes: & mercedem quā oportuit erroris sui in semet ipsis recipientes · Et sicut non probauerunt dm̄ habere in noticia · tradidit illos ds̄ in repro bum sensum · ut faciant ea quę n̄ conueniunt · repletos omni iniquitate malicia auaricia fornicatione nequicia · plenos inuidia homi cidiis contentione dolo malignitate · susur rones detractores dō odibiles · contumeliosos supbos elatos inuentores malorum · parenti bus non obedientes · insipientes incōpositos · sine affectione absq; federe sine misedia · Qui cum iusticiam dī cognouissent non intel lexerunt · qm̄ qui talia agunt digni sunt morte · Non solū aut q̄ faciunt ea · sed etiam qui consentiunt facientibus · C II ·

Propter quod inexcusabilis es O homo · omīs qui iudicas · In quo enim iudicas alterum · te ipsū

condemnas. Eadem enim agis que iudicas.
Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ue
ritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem
hoc o homo qui iudicas eos qui talia
agunt et facis ea. quia tu effugies iudicium dei?
An diuitias bonitatis eius et patientie et lon
ganimitatis contempnis? Ignoras quoniam benig
nitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum
duriciam autem tuam et cor impenitens. thesau
rizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti
iudicii dei. qui reddet unicuique secundum opera eius.
his quidem qui secundum patientiam boni operis
gloriam et honorem et incorruptionem que
rentibus uitam eternam. His autem qui ex contentione sunt
et qui non acquiescunt ueritati. credunt autem
iniquitati. ira et indignatio tribulatio et an
gustia. in omnem animam hominis operantis
malum. iudei primum et greci. Gloria autem et ho
nor et pax omni operanti bonum. iudeo primum
et greco. Non est enim personarum acceptio apud
deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt. sine
lege peribunt. Et quicumque in lege peccaue

runt · p legem iudicabuntur. Non enim audito
res legis iusti sunt apud dm̄ · sed factores legis ius
tificabuntur · Cum enim gentes que legem non
habent naturaliter ea que legis sunt faciunt ·
eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex ·
qui ostendunt opus legis scriptū in cordib;
suis · testimonium reddente illis conscientia
ipsorum · & inter se inuicem cogitationū accu-
santium aut etiā defendentium · in die cum iu
dicabit ds̄ occulta hominum secundū euan
gelium meum p ihm xp̄m · Si autem tu iudeus
cognominaris & requiescis in lege · & gloria-
ris in dō & nosti uoluntatem eius · & pbas uti-
liora instructus p legem · confidis te ipsum du
cem esse cecorum · lumen eorum qui in tenebris
sunt · eruditorem insipientium magistrū in
fantium · habentem formā scientie & ueritatis
in lege · Qui ergo alium doces · te ipsum non
doces · Qui predicas non furandū furaris · Qui
dicis non mechandū mecharis · Qui abhomina-
ris idola sacrilegium facis · Qui in lege gloria
ris · p preuaricationem legis dm̄ inhonoras ·

Nomen enim di p uos blasphematur inter gentes· sicut scriptum ē· Circumcisio quidem pdest si legem obserues· si aut̄ preuaricator legis sis· circumcisio tua preputium facta ē· Si igitur preputium iusticias legis custodiat· nonne preputium illius in circumcisionē reputabitur? Et iudicabit quod ex natura ē preputiū legem consūmans te qui p lit terā & circumcisionem preuaricator legis es· Non enī qui in manifesto iudeus ē· neq: que in manifesto in carne circumcisio· sed q in abscondito iudeus est· & circumcisio cordis in spū non litt tra· cui9 laus non ex hominibus sed ex dō est· C III·

Qvid ergo amplius ē iudeo· aut que utilitas circumcisionis? Multum per omnem modū· Primū quidem· quia credita sunt illis eloquia di· Quid enim si quidam illorū non crediderunt? Num-quid incredulitas illorū fidem dī euacuauit? absit· Est aute͂ dš uerax omnis aute͂ homo mendax· sicut scriptum ē· Vt iustificeris in sermonibus tuis· & uincas cū iudicaris· Si autem iniquitas nr̄a iusticiā dī commendat·

quid dicemus? Num-quid iniqu(us) e(st) d(eu)s qui in
fert iram. Secundum hominem dico. absit.
Alioquin. quomodo iudicabit d(eu)s hunc mun
dum. Si enim ueritas d(e)i in meo mendacio abun
dauit in gloriam ipsius. quid ad huc & ego
tam-quam peccator iudicor? Et non sicut bla
sphemamur. & sicut aiunt nos quidam dicere.
faciamus mala ut ueniant bona. Quorum
dam-natio iusta est.

Quid igitur? Precellimus eos? Nequaquam.
Causati enim sumus iudeos & grecos omnes
sub peccato esse. sicut scriptum est. Quia non
est iustus quisquam. non est intellegens. non est
requirens d(eu)m. Omnes declinauerunt simul
inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum.
non est usque ad unum. Sepulchrum patens est gut
tur eorum. linguis suis dolose agebant. uene-
num aspidum sub labiis eorum. Quorum os ma
ledictione & amaritudine plenum est. ueloces
pedes eorum ad effundendum sanguinem. Con
tricio & infelicitas in uiis eorum. & uiam pacis
non cognouerunt. non est timor d(e)i ante ocu-

los eorū · Scimus aūt quī quęcumq; lex loqui
tur · his qui in lege sunt loquitur. Ut omne
os obstruatur · & subditus fiat omnis mun
dus dō · quia ex operibus legis non iustifica
bitur omnis caro corā illo · Per legem enim
cognitio peccati · Nunc autē sine lege iusticia
dī manifestata ē · testificata a lege & pphis ·
Iusticia aūt dī p fidem ihū xpī in omnes &
sup omnes q̄ credūt ī eū · Non enim ē distinctio ·
Omnes enim peccauerunt · & egent glā dī · Iustifi
cati igit gratis p grām ipsius · p redemptionem
quę ē in xpo ihū · quem pposuit ds̄ ppitiato
rem p fidem in sanguine ipsius · ad ostensionē
iusticie suę ppter remissionem precedentiū
delictorum in sustentatione dī · ad ostensionē
iusticię eius in hoc tempre · ut sit ipse iustus &
iustificans eum qui ex fide est ihu xpisti
Ubi ē ergo gloriatio tua · Exclusa ē · P quam
legem · factorum · Non · sed p legem fidei · Ar
bitramur enim iustificari hominem p fidem
sine operibus legis · An iudeorum ds̄ tantum ·
Nonne & gentium · Immo & gentium · Quō qui

dem un' ē ds. qui iustificat circumcisionem ex
fide · & preputium p fidem · Legem ergo destru
imus p fidem · Absit · Sed legem statuim'. C IIII.
QVid ergo dicemus inuenisse abraham patrē
nr̄m secundum carnem · Si enim abraham
ex opib' legis iustificatus ē · habet gl'am · sed non
apud dm̄ · Quid enim scriptura dicit · Credi
dit abraham dō · & reputatum ē illi ad iusti
ciam · Ei aut̄ qui operatur: merces non impu
tatur secundum grām sed secundū debitum ·
ei uero qui non operatur: credenti aut̄ in eum
qui iustificat impium · reputatur fides eius
ad iusticiā secundum ppositum gratie di ·
Sicut & dauid dicit beatitudinem hominis ·
cui ds accepto fert iusticiā sine operibus · Bea
ti quorum remisse sunt iniquitates · & quorū
tecta sunt peccata · Beatus vir cui non impu
tabit dn̄s peccatum · Beatitudo ergo hec in
circumcisiōe tm̄ manet · an etiā in preputio · Dicim'
enim · quia reputata ē abrahe fides ad iusticiā ·
Quomodo ergo reputata ē · In circumcisione
an in preputio · Non in circūcisione · sed in pre

putio · Et signum accepit circumcisionis sig
naculum iusticie fidei quę ē in preputio · ut
sit pater omnium credentium p preputium ·
ut reputetur illi ad iusticiā · & sit pater circū
cisionis Non his tantum qui sunt ex circum
cisione · sed & his qui sectantur uestigia fidei ei⁹.
quę ē in preputio · patris nr̄i abrahę · Non
enim p legem pmissio abrahę aut semini eius
ut heres esset mundi · sed p iusticiā fidei · Si enī
qui ex lege heredes sunt · exinanita ē fides · ab=
olita ē pmissio · Lex enim irā operatur · Ubi
enim non ē lex · nec preuaricatio · Ideo ex fide
ut secundum gratiam firma sit pmissio omni
semini · non ei qui ex lege ē solum · sȝ et ei qui ex
fide ē abrahę · qui ē pater omnium nr̄m · sicut
scriptum ē · Quia patrem multarū gentium
posui te ante dm̄ cui credidisti · qui uiui=
ficat mortuos et uocat ea quę non sunt · tan
quā ea quę sunt · Qui contra spem in spē credi
dit ut fieret pater multarū gentium · secundū
quod dictum ē ei · Sic erit semen tuum sicut
stelle celi · & arena maris · Et non in
firmatus ē fide · nec considerauit corpus suum

emortuum cu̅ iam fere centum annorum esset et emortuam uulua̅ Sare. In repromissione etiam di̅ non hesitauit diffidentia. sed confortatus est fide dans gl̅am d̅o. plenissime sciens: quia quecumq; p̅misit potens e̅ et facere. Ideo et reputatum e̅ illi ad iusticia̅. Non e̅ aut̅ scriptu̅ tantum p̅pter ipsum quia reputatum e̅ illi. sed et p̅pter nos. quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit IHM XP̅M d̅n̅m nr̅m a mortuis. qui traditus e̅ p̅pter delicta nr̅a. et resurrexit p̅pter iustificationem nr̅am. C V.

IUSTIFICATI igitur ex fide. pacem habeamus ad d̅m p d̅n̅m nr̅m IHM XP̅M. per quem et accessum habemus p fide̅ in gr̅am istam in qua stamus. et gloriamur in spe gl̅e filiorum d̅i. Non solum aut̅. sed et gloriamur in tribulationibus. scientes q̅d tribulatio patientiam operatur. patientia aut̅ p̅bationem. p̅batio uero spem. Spes aut̅ non confundit. quia caritas d̅i diffusa e̅ in cordibus nr̅is p sp̅m s̅c̅m. qui datus e̅ nobis.

Ut quid enim xp̅s cum adhuc infirmi essem?

secundum tempus, p impiis mortuus ē. Vix enī
p iusto quis moritur. Nam p bono forsitan quis
audeat mori. Commendat autē suam caritatē
ds̄ in nob. qm̄ cū ad huc peccatores essemus. xp̄s
p nobis mortuus ē. Multo igitur magis iusti
ficati nunc in sanguine ipsius. salui erimus
ab ira p ipsum. Si enim cum inimici essemus re
conciliati sumus dō p mortem filii eius. multo
magis reconciliati salui erimus in uita ipsius.
Non solum autē. sed & gloriamur in dō p dnm̄
nrm̄ ihm̄ xp̄m. p quem nunc reconciliationem
accepimus. Propterea sicut p unum hominē in
hunc mundū peccatum intrauit. & p peccatū
mors. & ita in omnes homines mors ptransiit.
in quo om̄s peccauerunt. Usq; ad legem enī pec
catum erat in mundo. Peccatum autē non impu
tabatur cum lex non esset.
sed regnauit mors ab adam usq; ad moysen etiā
in eos qui non peccauerunt in similitudinem
preuaricationis adę. qui ē forma futuri.
Sed non sicut delictū ita & donum. Si enī
unius delicto multi mortui sunt. multo ma

gis gratia di & donum in gratia unius hominis ihu xpi in plures abundavit. Et non sicut p unu pec catum ita & donum. Nam iudicium ex uno in condempnationem. gratia aut ex multis delictis in iustificatione. Si enim in unius delicto mors regnavit p unum. multo magis abundantiam gratię & donationis & iusticię accipientes in uita regnabunt p unum ihm xpm. Igitur sicut p uni us delictum in omnes homines in condempnati onem. sic & p unius iusticiam in omnes homines in iustificationem vitę. Sicut enim p inobedien tiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. ita & p unius obedientiam iusti constitu untur multi. Lex aut subintravit. ut abunda ret delictum. Ubi aut abundavit delictu supa bundavit gratia. ut sicut regnavit peccatu in mortem. ita & gratia regnet p iusticiā in uitā

Quid ergo dicemus CVI. eternam p ihm xpm dnm nostru. permanebimus in peccato ut gratia abun det. Absit. Qui enim mortui sumus peccato. quo modo adhuc uiuemus in illo.

An ignoratis frs. quia quicumq; baptizati sum

in xr̄o ih̄u · in morte ipsius baptizati sumus · Con
sepulti enim sumus cū illo p baptismū in mortē ·
ut quomodo xp̄s resurrexit a mortuis p glām
patris · ita & nos in nouitate uitę ambulem9 ·
Si enim complantati facti sumus similitudini
mortis eius · simul & resurrectionis erimus · Hoc
scientes · quia uetus homo nr̄ simul crucifixus
est · ut destruatur corpus peccati · ut ultra non
seruiamus peccato · Qui enī mortuus ē · iustifi
catus ē a peccato · Si enī mortui sumus cū xr̄o ·
credimus quia simul etiā uiuemus cum xr̄o ·
Scientes qđ x̄ resurgens ex mortuis iam non
moritur · mors illi ultra non dominabitur ·
Quod enim mortuus ē peccato mortuus ē semel ·
quod autē uiuit · uiuit dō · Ita & uos existima
te uos mortuos quidem eē peccato · uiuentes autē
dō in xr̄o ih̄u domino nostro ·
Nō ergo regnet peccatum in ur̄o mortali cor
pore · ut obediatis concupiscentiis eius · Sed neq;
exhibeatis membra ur̄a arma iniquitatis pec
cato · sed exhibete uos dō tanquā ex mortuis
uiuentes · & membra ur̄a arma iustitię dō · Pecca

tum enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis sed sub gratia.

Quid ergo? Peccabimus quia non sumus sub lege sed sub gratia? Absit. Nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iusticiam? Gratias autem deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Liberati autem a peccato, serui facti estis iusticie. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire inmunditie et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc ergo liberati a peccato serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem dei uita eterna in christo ihesu domino nostro.

An ignoratis fr̄s scientibus enim legem loquor. C. vii.
quia lex in homine dominatur quanto tem
pore uiuit. Nam que sub uiro ē mulier. ui
uente uiro alligata ē legi. si aūt mortuus
fuerit uir eius. soluta ē a lege uiri. Igitur ui
uente uiro. uocabitur adultera si fuerit cū
alio uiro. si aūt mortuus fuerit uir eius. li
berata ē a lege uiri. ut non sit adultera si fue
rit cum alio uiro. Itaq; fr̄s mei & uos morti
ficati estis legi p corpus xp̄i. ut sitis alterius
qui ex mortuis surrexit. ut fructificemus
dō; Cum enim essemus in carne. passiones pec
catorum que p legem erant operabantur in
membris nr̄is. ut fructificarent morti. Nunc
aūt soluti sum⁹ a lege mortis in qua detineba
mur. ita ut seruiamus in nouitate sp̄s. & non
in uetustate litere. Quid ergo dicemus. lex
peccatum ē. Absit. Sed peccatum non cognoui
nisi p legem. Nam concupiscentiā nesciebam.
nisi lex diceret Non concupisces. Occasione u̇ō
accepta. peccatum operatum est per manda
tū in me omnem concupiscentiā. Sine lege enī

peccatum mortuũ erat; Ego autẽ uiuebam sine
lege aliquando. Sed cum uenisset mandatum
peccatũ reuixit; Ego autẽ mortuus sum. & inuen
tum ẽ mihi mandatũ quod erat ad uitã. hoc ẽ
ad mortem. Nam peccatũ occasione accepta
per mandatũ seduxit me. & per illud occidit me.
Itaq; lex quidem scã. & mandatum scm̃ & iustũ
& bonum. Quod ergo bonum ẽ. mihi factũ ẽ
mors? Absit. Sed peccatum ut appareat pecca
tum per bonum mihi operatum ẽ mortem. ut
fiat supra modum peccans peccatũ per mandatũ.
Scimus enĩ quia lex spũalis ẽ. ego autẽ carnalis sũ.
uenundatus sub peccato. Quod enĩ operor n̄ intelligo.
Nõ enĩ quod uolo bonũ hoc ago. sed quod odi malũ illud
facio. Si autẽ quod nolo illud facio. consentio
legi quoniam bona ẽ; Nunc autẽ iam non ego operor
illud. sed quod inhabitat in me peccatum. Scio
enim quoniam non habitat in me hoc ẽ in carne
mea bonũ. Nam uelle adiacet mihi. perficere autẽ
bonum non inuenio; Non enim quod uolo bo
num hoc facio. sed quod nolo malum hoc ago.
Si autẽ quod nolo illud facio iam non ego ope

ror illud· sed qđ inhabitat inme peccatū· Inue-
nio igitur legem uolenti mihi facere bonum·
quoꝫ michi malū adiacet· Condelector enī
legi dī secundum interiorem hominem· Video
autem aliam legem inmembris meis repugnan
tem legi mentis meę· & captiuantem me inle
ge peccati· quę ē inmembris meis· Infelix ego
homo· quis me liberabit de corpore mortis
huius· Gratia dī p ihm̄ xpm̄ dn̄m nr̄m·
Igitur ego ipse mente seruio legi dī· carne aūt
Nichil g° nūc dampnationis· C· viii· legi pc̄ti·
ē his qui sunt inxp̄o ih̄ū· qui non sc̄m carnē
ambulant· Lex enim sp̄s uitę inxp̄o ih̄ū· libe
rauit me alege peccati & mortis· Nam quod
impossibile erat legi inquo infirmabatur p
carnem· dš filium suum mittens insimilitu-
dinem carnis peccati· & de peccato dampnauit
peccatum incarne· ut iustificatio legis imple
retur innobis· qui non secundum carnem am
bulamus sed secundum sp̄m· Qui enim sc̄dm
carnem sunt· quę carnis sunt sapiunt· qui v°
secundum sp̄m· quę sunt sp̄s sentiunt;

Nam prudentia carnis mors ē · prudentia aūt spš uita & pax · Qm̄ sapientia carnis inimica est dō · Legi enim dī non ē subiecta · nec enim potest ; Qui aūt in carne sunt · dō placere non possunt ; Vos aūt in carne non estis sed in spū · si tamen spš dī habitat in vobis ; Si quis aūt spm̄ xp̄i n̄ habet · hic non ē eius ; Si aūt xp̄s in uobis ē · corpus quidem mortuum ē ppter peccatum · spš v° viuit ppter iustificationem ; Quod si spš eius qui suscitauit ihm̄ xp̄m a mortuis hitat ī vob · q̄ suscitaᵗ ihm̄ xp̄m a mortuis viuificabᵗ et mortalia corpora urā · ppter inhabitantem spm̄ eius in uobis ; Ergo frs̄ debitores sumus non carni · ut secundum carnem uiuamus ; Si enī sedm̄ carnem uixeritis moriemini · Si aūt spū facta carnis mortificaueritis uiuetis ; Quicumq; enī spū dī aguntur · hi filii dei sunt ·

Non enim accepistis spm̄ seruitutis iterum in timore · sed accepistis spm̄ adoptionis filiorū · in quo clamamus abba pater ; Ipse enim spš testimonium reddet spūi nr̄o · quod sumus filii dī · Si aūt filii · & heredes · Heredes quidem dī · coheredes aūt xp̄i · si tamē cōpatimur · ut &

cōglorificemur. ;Existimo enim qđ non
sint condigne passiones huius temporis ad
futuram gloriam · que reuelabitur innobis ;
Nam expectatio creature · reuelationē filiorū
dī expectat ; Vanitati enim creatura subiecta
est nonuolens · sed ꝑpter eum qui subiecit eam
inspe · quia & ipsa creatura liberabitur a ser
uitute corruptionis inlibertatem gl̄e filioꝝ
dī ; Scimus enim quod omīs creatura ingemis
cit & parturit usq; ad huc · Non solum autē
illa · sed & nos ipsi primitias spīs habentes · &
ipsi intra nos igemiscī | adoptionem filiorū dei
expectantes redemptionem corporis nr̄i ·
Spe enim salui facti sumus · Spes autē que uide
tur | non ē spes ; Nam quod uidet quis quid
sperat · Si autē quod nonuidemus speramus · p
patientiā expectamus ; Similiter autē & spīs
adiuuat infirmitatem nr̄am ; Nam quid ore
mus sicut oportet nescimus · Sed ipse spīs pos
tulat ꝑnobis gemitib; inenarrabilibus ; Qui
autē scrutatur corda | scit quid desideret spīs ·
quia secundum dm̄ postulat ꝑ scīs ; Scimus autē

quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. his qui secundum propositum vocati sunt sancti; Nam quos presciuit, et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui. ut sit ipse primogenitus in multis fratribus;

Quos autem predestinauit. hos et uocauit. Et quos uocauit. hos et iustificauit. Quos autem iustificauit. illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus pro nobis. quis contra nos. Qui etiam proprio filio suo non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.

Quis accusabit aduersus electos dei. Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet. Christus Iesus qui mortuus est. immo qui et resurrexit. qui est ad dexteram dei. qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate Christi. Tribulatio an angustia an persecutio. an fames an nuditas. an periculum an gladius. Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die. estimati sumus ut oues occisionis; Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos;

Certus sum enim· quia neq: mors neq: uita·
neq; angeli neq; principatus neq; uirtutes· neq; instantia
neq; futura· neq; fortitudo neq; altitudo neq;
profundum· neq: creatura alia poterit nos separa=
re a caritate dei· que est in xpo ihu dno nro· C ix·
Veritatem dico in xpo ihu nõ mentior· testimo=
nium perhibente mi conscientia mea in spu
sco· qm tristicia est mihi magna & continuus
dolor cordi meo· Optabam enim ego ipse ana
thema esse a xpo pro fribus meis qui sunt cogna
ti mei secundum carnem· qui sunt israhelite·
quorum adoptio est filiorum & gloria & testa
mentum & legislatio & obsequium & promis
sa· quorum patres et ex quibus xps secundum car
nem· qui est super omnia benedictus deus in secla amen·
Non autem quod exciderit uerbum di· Non enim omnes
qui ex israhel hij israhelite sunt· neq; qui semen
sunt abrahe omnes filii· sed in ysaac uocabitur
tibi semen· id est non qui filii carnis hi filii di·
sed qui filii sunt promissionis estimantur in se
mine; Promissionis enim uerbum hoc est· Secun
dum hoc tempus ueniam· & erit sare filius· Non

solũ aũt illi. s; & rebecca ex uno concubitu habẽs
ysaac patris nr̄i ; Cum enim nondum nati fuis
sent aut aliquid egissent boni aut mali . ut se
cundum electionem ꝓpositum dī maneret . n̄
ex operibus sed ex uocante dictum ē ei . quia ma
ior seruiet minori . sicut scriptum ē . Iacob di
lexi . esau autem odio habui ;
Quid ergo dicemus ? Num quid iniquitas est
apud dm̄ ? Absit . Moysi enim dicit . Miserebor
cui misereor . & misericordiam prestabo cui misertus
fuero . Igitur non uolentis neq; currentis . sed mi
serentis ē dī ; Dicit enim scriptura pharaoni ;
Quia in hoc ipsum excitaui te . ut ostendam
in te uirtutem meã . et annuntietur nomen me
um in uniuersa terra ; Ergo cui uult misere
tur . & quem vult indurat ; Dicis itaq; mihi .
Quid ad huc queritur ? Uoluntati enĩ eius re
sistet ? O homo . tu quis es qui respondeas dō ?
Num quid dicit figmentum ei qui se finxit .
quid me fecisti sic ? An non habet potestatem
figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem
vas in honorem . aliud uero in contumeliam ?

Qvod si uolens ds̄ ostendere irā & notam facere po-
tentiam suam· sustinuit in multa pati-
entia uasa ire apta in interitum· ut ostenderet
diuitias gl̄e sue in uasa misericordie· que prepa-
rauit in gl̄am· Quos & uocauit non solum
ex iudeis· sed etiā ex gentibus· sicut in osee dic̄·
Vocabo non plebem meā plebem meā· & nō dilectā dilectā· et
nō mīam consecutam misericordiam consecutam·
Et erit in loco ubi dictum ē eis non plebs mea
uos· ibi uocabuntur filii dī uiui·
Ysaias autē clamat pro isrl̄: Si fuerit numerus fi-
liorum israhel tamquā arena maris· reliquie
salue fient: Verbum enim consumans et abbreuians
in equitate· quia uerbū abbreuiatū faciet dn̄s
sup terrā· Et sicut predixit ysaias· Nisi dn̄s sa-
baoth reliquisset nobis semen· sicut sodoma
facti essem̄? et sicut gomorra similes fuissem̄·
Qvid ergo dicemus? Quod gentes que non sec-
tabantur iusticiā apprehenderunt iusti-
ciam· iusticiam autē que ex fide ē· israhel autē
sectando legem iusticie· in legem iusticie non
peruenit· Quare? Quia non ex fide· sed quasi ex
operib;· Offenderunt enī in lapidem offensionis.

sicut scriptum ē· Ecce ponā in syon lapidē offen
sionis & petram scandali· & omnis qui crediderit
in eum non confundetur· C· x·
Fratres. voluntas quidē cordis mei & obsecratio ad
dm̄ fit pro illis in salutem; Testimonium eni perhi
beo illis quod emulationem dī habent· sed n̄
secundum scientiā; Ignorantes eni dī iusticiā
& suam querentes statuere· iusticie dī non sunt
subiecti; Finis enim legis xp̄s· ad iusticiam om
ni credenti; Moyses enim scripsit· Qm̄ iusticiā
que ex lege ē qui fecerit homo uiuet in ea.
Que autē ex fide ē iusticia sic dicit; Ne dixe
ris in corde tuo· Quis ascendit in celū id ē xp̄m
deducere· aut quis descendit in abyssū· hoc ē
xp̄m a mortuis reuocare· Sed quid dicit scrip
tura? Prope ē uerbum in ore tuo & in corde
tuo; Hoc ē uerbum fidei quod predicamus·
Quia si confitearis in ore tuo dn̄m ihm̄· & in
corde tuo credideris quod ds̄ illum excitauit
a mortuis· saluus eris; Corde eni creditur ad
iusticiam· ore autē confessio fit ad salutem·
Dicit enim scriptura· Omnis qui credit in eū

non confundetur; Non enim ē distinctio iudei & greci. Nam idem dn̄s omnium. diues in omnes qui inuocant illū; Omnis enim quicūq; inuocauerit nomen dn̄i saluus erit.

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt. Aut quomodo credent ei quē non audierunt. Quomodo autē audient sine predicante. Quomodo uero predicabunt nisi mittantur. Sicut scriptum ē. Quā speciosi pedes euangelizantium pacem. euangelizantium bona; Sed non omnes obediunt euangelio. Isaias enī dicit; Dn̄e quis credidit auditui nr̄o. Ergo fides ex auditu. auditus autem per uerbum xp̄i; Sed dico; Num-quid n̄ audierunt. Et quidem in omnem terrā exiuit sonus eorum. & in fines orbis terrę uerba eorum; Sed dico; Num-quid israhel non cognouit. Primus moyses dicit; Ego ad emulationem uos adducam in non gentem. in gentem insipientem. in iram uos mittā. Isaias autē audet & dicit; Inuentus sum a non querentib; me. palam apparui his qui me non interroga-

Ad

bant; Ad israhel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. & contradicentem michi. C. XI.

Dico ergo. Num quid deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego israhelita sum ex semine abraham. de tribu beniamin; Non repulit deus plebem suam quam presciuit; An nescitis in helia quid dicit scriptura. quemadmodum interpellat deum aduersum israhel. Domine prophetas tuos occiderunt. altaria tua suffoderunt. & ego relictus sum solus. & querunt animam meam; Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia uirorum. qui non curuauerunt genua ante baal; Sic ergo & in hoc tempore reliquię secundum electionem gracie salue facte sunt; Si autem gratia. iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia; Quid ergo? Quod querebat israhel hoc non est consecutus. electio autem consecuta est. Ceteri uero exceęcati sunt. sicut scriptum est. Dedit illi deus spiritum conpunctionis. oculos ut non videant. & aures ut non audiant usque in hodiernum diem; Et dauid dicit; Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.

& in captionem & in scandalū & in retributionē
illis· Obscurentur oculi eorum ne uideant·
& dorsum eorum semp incurua·
Dico g̃; Num=quid sic offenderunt ut caderent?
Absit; Sed illorum delictum salus gentib; ut
illos emulentur; Quod si delictū illorum diui
tie sunt mundi & diminutio eorū diuitie
gentium· quantomagis plenitudo eorum?
VOBIS ENIM DICO GENTIBUS; Quādiu quidem
ego sum gentium apts· ministerium meū ho
norificabo· siquomodo ad emulationem puo
cem carnem meā & saluos faciam aliquos ex illis;
Si enim amissio eorū reconciliatio ē mundi·
quę assumptio nisi uita ex mortuis· Quod si de
libatio sc̄a ē· & massa· Et si radix sc̄a· & rami; Qd
si aliqui ex ramis fracti sunt· tu aūt cum oleas-
ter esses insertus es in illis· & socius radicis & pin
guedinis oliuę factus es· noli gloriari aduersus
ramos; Quod si gloriaris non tu radicem portas
sed radix te; Dicis ergo; Fracti sunt rami· ut ego
inserar; Bene; Propter incredulitatem fracti sūt·
Tu aūt fide stas; Noli altum sapere sed time;

Ad

Si enim ds naturalibus ramis non pepercit · ne for
te nec tibi parcat; Vide ergo bonitatem & seue
ritatem di · in eos quidem qui ceciderunt seue
ritatem · in te aut bonitate dei · si pmanseris in
bonitate; Alioquin & tu excideris; Sed & illi si
nō pmanserint in incredulitate inserentur; Po
tens ē enim ds iterum inserere illos; Nam si tu
ex naturali excisus es oleastro · & contra natura
insertus es in bona oliuam · quanto magis hi
qui secundum natura inserentur suę oliuę.
Nolo autē uos ignorare frs mysterium hoc · ut
non sitis uobis ipsis sapientes. Quia cecitas ex par
te contigit in israhel donec plenitudo gentium
intraret · & sic omnis isrl saluus fieret · sicut scri
ptum ē. Veniet ex syon qui eripiat & auertat
impietatē ab iacob · Et hoc illis a me testamentū ·
cum abstulero peccata eorū; Secundum euan
gelium quidem inimici ppter uos · secdm electi
onem autē karissimi ppter patres; Sine penitentia
enim sunt dona & uocatio di; Sicut enī aliquan
do & uos non credidistis dō · nunc autē misedam
consecuti estis ppter illorum incredulitatem ·

ita & isti nunc non crediderunt in ura misedia· ut
& ipsi misedam consequantur; Conclusit enī ds̄
omnia in incredulitate· ut omnium misereatur;
O altitudo diuitiarum sapientię & scientię dī·
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius· &
inuestigabiles vie eius; Quis enim cognouit
sensum dn̄i· aut quis consiliarius eius fuit· Aut
quis prior dedit illi & retribuetur ei· Qm̄ ex
ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia· ipsi glā.
in secula amen· Cxii·

Obsecro uos itaq; frs̄ per misedam dī· ut exhibea
tis corpora urā hostiam uiuentem· scām· dō pla
centem· rationabile obsequium urm̄; Et nolite
conformari huic seculo· sed reformamini inno
uitate sensus urī· ut probetis que sit uoluntas dī
bona· & beneplacens & perfecta·

Dico enim per grām que data ē mihi omnib; qui
sunt inter uos· non plus sapere quā oportet sa
pere· sed sapere ad sobrietatem· et unicuiq; sicut
ds̄ diuisit mensuram fidei;

Sicut enī in uno corpore multa membra habe
mus· omnia aut̄ membra non eundem actū ha=

bent. Ita multi unum corpus sumus in xpo.
singuli autem alter alterius membra. Habentes
autem donationes secundum gratiam que data est
nobis differentes. Siue prophetiam secundum ratio
nem fidei. siue ministerium in ministrando.
siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur
in exhortando. qui tribuit in simplicitate.
qui preest in sollicitudine. qui miseretur in
hylaritate; Dilectio sine simulatione. odien
tes malum. adherentes bono. Caritate fraternitatis
inuicem diligentes. honore inuicem preuenientes. Sollicitudine
non pigri. Spiritu feruentes. domino seruientes. Spe gaudentes. in
tribulatione patientes. Orationi instantes.
necessitati sanctorum communicantes. hospitalita
tem sectantes; Benedicite persequentibus uos.
Benedicite. & nolite maledicere; Gaudere cum
gaudentibus. flere cum flentibus. Idipsum in in
vicem sencientes. Non alta sapientes. sed hu
milibus consentientes. Nolite esse prudentes
apud uosmetipsos. nulli malum pro malo redden
tes; Prouidentes bona non tantum coram deo.
sed etiam coram omnibus hominibus; Si fieri

potest quod ex uobis ē. cum omnib; hominib;
pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes
karmi. sed date locum ire; Scriptum ē enim. Mi
hi uindictam. ego retribuam dicit dns. Sz si esu-
rierit inimicus tuus ciba illum. si sitit po
tum da illi. Hoc enim faciens. carbones ignis
congeres sup caput eius; Noli uinci a malo.
sed uince in bono malum. C. XIII.

OMNIS anima potestatib; sublimiorib; sub
dita sit. Non ē enim potestas nisi a dō. Que
autem sunt a dō ordinata sunt; Itaq; qui re
sistit potestati. dī ordinationi resistit; Qui aut
resistunt. ipsi sibi dampnationem adquirunt.
Nam principes non sunt timori boni operis
sed mali; Vis aut non timere potestatem. Bonū
fac. & habebis laudem ex illa. Dī enim minis-
ter ē tibi in bonum; Si aut male feceris time.
Non enim sine causa gladium portat. Dī enim
minister ē. uindex in irā ei qui male agit;
Ideoq; necessitate subditi estote non solum pp
ter iram. sed & pp conscientiā. Ideo enim &
tributa prestatis. Ministri enim dī sunt. in hoc

ipsum seruientes.

Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum
tributum. cui uectigal uectigal. cui timorē
timorem. cui honorem honorem. Nemini quic
quam debeatis. nisi ut inuicem diligatis. Qui
enim diligit proximum. legem impleuit. Nam
non adulterabis. non occides. nō furtū facies.
non falsum testimonium dices. nō concupisces rē
proximi tui. Et siquod ē aliud mandatū in hoc uerbo
instauratur. Diliges proximum tuū sicut te
ipsum. Dilectio proximi malum n̄ operatur.
Plenitudo ergo legis ē dilectio.

Et hoc scientes tempus. quia hora ē iam nos
de somno surgere. Nunc enim propior ē nr̄a
salus quam cum credidimus. Nox precessit.
dies autē appropinquauit. Abiciamus ergo ope
ra tenebrarum & induamur arma lucis. sicut
in die honeste ambulemus. Non in comessa
tionibus & ebrietatibus. non in cubilib; & in
pudicitiis. non in contentione & emulatione.
sed induimini dn̄m ihm xpm.

Et carnis curam ne feceritis in desideriis. Cxiii.

Infirmū āt ī fide assūmite · non in disceptationi
bus cogitationum · Alius āt credit manducare
se omnia · qui autē infirmus ē · olus manducet ·
Is qui manducat · non manducantem n̄ spernat ·
Et qui non manducat · manducantē non iudi
cet · Ds̄ enim illum assumpsit; Tu quis es qui iu
dicas alienum seruum? Suo domino stat aut
cadit · Stabit autem · Potens ē enim ds̄ statue
re illum; Nam alius iudicat diem inter diem ·
alius āt iudicat omnem diem · Unusquisq; in suo
sensu abundet; Qui sapit diem dn̄o sapit · &
qui manducat dn̄o manducat gratias enim
agit dō · Et qui non manducat dn̄o non man
ducat · & gratias agit dō;

Nemo enim nr̄m sibi uiuit · & nemo sibi moritur ·
Siue enī uiuimus dn̄o uiuimus · siue mori
mur dn̄o morimur · Siue ergo uiuimus siue
morimur dn̄i sumus ·

In hoc enim xp̄s mortuus ē & resurrexit · ut &
mortuorum & uiuorū dominetur; Tu autem
qui iudicas frēm tuum · aut tu quare spernis
frēm tuum? Omīs enim stabimus ante tribu=

nal di. Scriptum e enim; Viuo ego dicit dns quoniam mihi flectetur omne genu. & ois lingua confitebitur deo. Itaq; unusquisq; nrm pro se rationem reddet do; Non ergo amplius inuicem iudicemus. sed hoc iudicate magis. ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum.

Scio & confido in dno ihu quia nihil comune per ipsum. nisi ei qui existimat quid commune esse. illi commune est;

Si enim propter cibum fr tuus scandalizatur & contristatur iam non secundum caritatem ambulas; Noli cibo tuo illum perdere; pro quo xps mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nrm; Non e enim regnum di esca & potus. sed iusticia & pax & gaudium in spu sco; Qui enim in hoc seruit xpo placet do. & probatus e hominibus; Itaq; que pacis sunt sectemur. & que edificationis sunt inuicem custodiamus; Noli propter escam destruere opus di; Omnia quidem munda sunt. sed malum e homini qui per offendiculum manducat; Bonum e non manducare carnem & non bibere vinum. neq; in quo

frater tuus offendit̄ aut scandalizatur aut in
firmatur; Tu fidem habes? Penes temetipsum
habe coram dō; Beatus qui non iudicat semet
ipsum in eo quod probat. Qui aut̄ discernit.
si manducauerit dampnatus ē. quia n̄ ex fide.
Omne autē quod non ē ex fide peccatum ē;
Debemus aut̄ nos firmiores inbecillitates infir- CXV.
morum sustinere. & non nobis placere; Unus
quisq; vr̄m pximo suo placeat in bonum ad
edificationem. Etenim xp̄s non sibi placuit.
sed sicut scriptum ē. Improperia inproperan-
tium tibi ceciderunt sup me.
Quecumq; enim scripta sunt. ad nr̄am doctri
nam scripta sunt. ut p patientiam & con
solationem scripturarum spem habeamus;
Ds̄ autem patientię & solacii. det uobis id ipsū
sapere in alterutrum sedm̄ ihm̄ xp̄m. ut unani
mes uno ore honorificetis dm̄ & patrem dn̄i
nr̄i ihv̄ xp̄i; Propter quod suscipite inuicem.
sicut & xp̄s suscepit uos in honorem dī; Dico
enim xp̄m ihm̄ ministrum fuisse circumcisi
onis pp̄ter ueritatem dī. ad confirmandas

Ad

promissiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare deum. sicut scriptum est. Propter hoc confitebor tibi in gentibus domine. et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum. laudate omnes gentes dominum. et magnificate eum omnis populi. Et rursum ysaias ait. Erit radix iesse. et qui exurget regere gentes. in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat uos omni gaudio et pace in credendo. ut abundetis in spe et uirtute spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei et ego ipse de uobis. quoniam et ipsi pleni estis dilectione. repleti omni scientia. ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte tanquam in memoriam uos reducens. propter gratiam que data est mihi a deo ut sim minister christi ihesu in gentibus. sanctificans euangelium dei. ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in christo ihesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non efficit christus in obedientiam gentium uerbo et factis. in uirtute signorum et prodigiorum. in uirtute

sp̄s scī· ita ut ab ierusalem percircuitum usq; ad
illyricum repleuerim euangelium xp̄i: Sic aut̄
hoc predicaui euangelium· non ubi nomi
natus ē xp̄s· ne sup alienum fundamentū edi
ficarem· sed sicut scriptum ē· Qm̄ qb; non ē an
nuntiatum de eo uidebunt· & qui non audie
runt intelligent· Propter qđ & impediebar
plurimum uenire ad uos: Nunc v̄ ulterius locum
non habens in his regionibus· cupiditatem
autem habens ueniendi ad uos ex multis iam p̄
cedentibus annis· cum in hispaniā pficisci ce
pero spero quod pteriens uideam uos· & a uobis
deducar illuc· si uobis primū ex parte fruitus
fuero: Nunc igitur pficiscar ī ir̄lm ministrare
scīs· Probauerunt enim macedonia & achaia
collationem aliquam facere in pauperes scōx
qui s̄ in ierusalem: Placuit enī eis· & debito
res sunt eorum: Nam si spūalium eorū partici
pes facti sunt gentiles· debent & in carnalib;
ministrare eis: Hoc igitur cum consūmauero
& assignauero eis fructum hunc pficiscar p
uos in hispaniā: Scio aūt qm̄ ueniens ad uos·

inabundantia benedictionis xp̄i ueniam;
Obsecro igitur uos fr̄s p dnm̄ nr̄m ihm̄ xp̄m
& p caritatem sp̄s sc̄i· ut adiuuetis me in
orōnibus uestris pro me ad deum· ut li=
berer ab infidelibus qui sunt in iudea· & ob=
sequii mei oblatio accepta fiat ī ierlima sc̄is· ut
ueniā ad uos in gaudio p uoluntatē dī & refrigerer
uobiscum; Ds̄ autem pacis sit cum omnib' uob' amē.
Commendo autē uob' phebem C. xvi et ultimū.
sororem nr̄am· que ē in ministerio ecclē que
est cenchris· ut eam suscipiatis in dn̄o digne sc̄is·
& assistatis ei in quocumq; negocio uri indi
guerit. Etenim ipsa quoq; astitit multis &
mihi. Salutate priscam & aquilam ad
iutores meos in xp̄o ihū· qui p anima mea suas
ceruices supposuerunt· quib; non solus ego
gratias ago· sed & cuncte ecclesie gentium· &
domesticā eorum ecclam; Salutate ephenetum di
lectum mihi· qui ē primitiuus asie in xp̄o ihū;
Salutate mariam· que multū laborauit in
uobis; Salutate andronicum & iuliā cogna
tos et concaptiuos meos· qui sunt nobiles in

aplis· qui & ante me fuerunt in xpo; Salutate
ampliatum· dilectissimum mihi in dno; Salu-
tate urbanum adiutorem nrm in xpo· et
stachim dilectum meum; Salutate appellen
probum in xpo; Salutate eos qui sunt ex aristobo-
li domo; Salutate herodionem cognatu meu·
Salutate eos qui sunt ex narcisci domo· qui sunt in
dno; Salutate triphenam & triphosam· quę
laborauerunt in dno; Salutate psidam carissimam·
quę multum laborauit in dno; Salutate ruphum
electum in dno· & matrem eius & meam; Saluta-
te asincretum flegontam hermen patrobam
hermam· & qui cum eis sunt frs; Salutate phi-
lologum & iuliam · nereum & sororem eius
& olimpiadem· & omnes qui cum eis sunt scos;
Salutate inuicem in osculo sco; Salutant uos
omnes ęcclę xpi; Rogo autem uos frs· ut
obseruetis eos qui dissensiones & offendicula.
preter doctrinam quam uos didicistis faciunt·
& declinate ab illis. Huiusmodi enim xpo dno nro
non seruiunt sed suo uentri· & per dulces ser-
mones & benedictiones seducunt corda in-

nocentium; Vrā enim obedientia inomnem
locum diuulgata ē. Gaudeo igitur inuobis.
sed uolo uos sapientes esse inbono. & simplices
inmalo; Ds aut pacis conterat sathanam sub
pedibus urīs uelociter; Gratia dnī nrī ihu
xp̄i uobiscum; Salutat uos timotheus ad
iutor meus. & lucius & iason & sosipater
cognati mei; Saluto uos ego tertius. qui scri
psi epīam in dnō; Salutat uos gaius hospes
meus & uniuersa ecclesia gentium; Salutat
uos erastus archarius ciuitatis. & quartus fr.
Gratia dnī nrī ihu xp̄i cum omnibus uobis amē.
Ei aut qui potens ē uos confirmare iuxta eu
angelium meum & predicationem ihu xp̄i.
secundum reuelationem misterii tempori
bus eternis taciti. quod nunc patefactum ē p
scripturas pphetarum secundum preceptū
domini dei. ad obeditionem fidei incunctis
gentibus cogniti soli sapienti dō p ihm xpm.
cui honor & gloria in secula sclor. amen.

Explicit epl'a sancti pauli apo
stoli ad Romanos.

Incipit prologus in epistolam primam beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Epistola prima ad corinthios multas causas diversasque complectitur quia partim relatione fratrum cognovit apostolus, partim ipsorum corinthiorum est literis indicate. Nonnullas vero pro officii sui cura ordinat et emendat. et variis curationibus medetur diversa infirmitate languentibus. Nam primum apud eos curat dissensionis vicium quod multi pseudo apostolorum intulerant. unitatem scindentes ecclesie ut ipsorum nominis facerent sectatores. quod hiis exprobrat ubi apostolus. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit. Ego quidem sum pauli. ego autem appollo. ego vero cephe. ego autem christi. Et oblique horum se dicit facere nominum mentionem. ut multo magis erubescant de se facere sibi falsorum apostolorum nominibus quasi si eciam sub pauli et petri fieret nomine displiceret. Secunda causa eius inducitur quod pene oblitus reverentie uxorem sibi non erubuit facere de noverca. Quod facinus licet fornicationem appellavit apostolus tamen ita contempnavit ut in ultionem facti auctorem talis operis dyabulo iudicavit deputandum. Iuxtaposita iudiciorum et litium tercia questione. quarto loco matrimoniorum iura tractantur hiis. Quinto loco virginitatis consilium velut e vicino subiungitur. Sexto loco de escarum licentia disputatur.

Septimo atque octavo loco de attondendo viris et mulierib[us] velando capite. ac sacramentorum communione precipit. Nono loco emulatio que diversitate donorum spiritualium nascebatur sub exemplo membrorum et corporis castigatur. Decimo resurrectionis fides. multis argumentis et rationib[us] approbatur. Ultimo de colligendis ad necessitatem sanctorum nomine caritatis. cura uel edificatio uel culmen imponitur. Interseruntur hiis pauca. que aut ut quibusdam videtur pendent a superioribus. aut habent licet proprias tamen paruulas actiones. Explicit prologus.

Argumentum in epistolam primam sancti pauli apostoli ad Corinthios.

Corinthii sunt achaici. et hii similiter ab apostolo audierunt verbum veritatis. et subuersi sunt multifarie a falsis apostolis. quidam a phylosophie verbosa eloquentia. alii a secta iudaice legis inducti. Hos reuocat apostolus ad veram et euangelicam sapientiam. scribens eis ab epheso per tymotheum discipulum suum. Explicit argumentum.

Incipit epistola prima ad Cor[inthios]

[I]ncipit epistola beati pauli apostoli ad corinthios. I.

PAULUS UOCATUS APOSTOLUS xpi ihu per uoluntatem
di & sostenes frater. eccle di
que e corinthi scificatis in xpo
ihu uocatis scis. cum omnib; qui
inuocant nomen dni nri ihu xpi
in omni loco ipsorum & nro; Gratia
uobis & pax a do patre nro & dno ihu
xpo. Gratias ago do meo semp p uobis in
gratia di que data e uobis in xpo ihu. quia
in omnib; diuites facti estis in illo in omni uer
bo & in omni scientia. sicut testimonium xpi
confirmatum e in uobis. ita ut nihil uobis de
sit in ulla gratia expectantib; reuelationem
dni nri ihu xpi. qui & confirmabit uos usq;
in finem sine crimine in die aduentus dni nri

I. AD

ihu xpi; Fidelis ds per quem uocati estis in societatem filii eius ihu xpi dni nri.

Obsecro aut uos frs per nomen dni nri ihu xpi. ut id ipsum dicatis omnes. & non sint in uobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia;

Significatum e enim mihi de uobis frs mei ab his qui sunt cloes. quia contentiones sunt inter uos; Hoc aut dico. quod unusquisque urm dicit. Ego quidem sum pauli. ego aut apollo. ego uero cephe. ego autem xpi; Diuisus est xps. Num-quid paulus crucifixus e pro uobis. aut in nomine pauli baptizati estis. Gratias ago do meo quod neminem urm baptizaui. nisi crispum & gaium. ne quis dicat quod in nomine meo baptizati sitis; Baptizaui autem & stephane domum. ceterum nescio si quem aliu urm baptizauerim; Non enim misit me xps baptizare sed euangelizare. non in sapientia uerbi. ut non euacuetur crux xpi.

Verbum enim crucis pereuntib; quidem stulticia e. his aut qui salui fiunt id est nobis/ uirtus

dei est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam
sapientium. & prudentiam prudentium reproba
bo. Ubi sapiens. ubi scriba. ubi conquisitor huius
seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam hui᷒ mun
di? Nam quia in dei sapientia non cognouit mun
dus per sapientiam deum. placuit deo per stulticiam pre
dicationis saluos facere credentes. Quoniam & iudei
signa petunt. & greci sapientiam querunt. Nos
autem predicamus xpm crucifixum. iudeis qui
dem scandalum. gentibus autem stulticiam. ipsis
autem uocatis iudeis atque grecis xpm dei uirtutem et
dei sapientiam. Quia quod stultum est dei sapienti
tius est hominibus. et quod infirmum est dei for
cius est hominibus;

Videte enim uocationem uestram fratres. quia non mul
ti sapientes secundum carnem. non multi poten
tes. non multi nobiles. sed que stulta mundi
sunt elegit deus ut confundat sapientes. et infirma
mundi elegit deus ut confundat fortia. et igno
bilia mundi & contemptibilia elegit deus. et ea que non sunt.
ut ea que sunt destrueret. ut non glorietur omnis
caro in conspectu eius; Ex ipso autem uos estis in

xp̄o ih̄u· q̄ f̄c̄t̄ ē nob̄ sap̄ia a dō & iusticia & sci
ficatio & redemptio· Ut quemadmodum scri
ptum ē· qui gloriatur; in dn̄o glorietur· Cap̄
Et ego cum uenissem ad uos fr̄s· ueni non in
sublimitate sermonis aut sapientię· annun
tians uobis testimonium xp̄i· Non enim iu
dicaui me scire aliquid inter uos nisi xp̄m
ih̄m· & hunc crucifixum· Et ego in infirmi
tate & timore & tremore multo fui apud
uos· & sermo meus & predicatio mea non in
p̄suasibilib; humanę sapientię uerbis· sed in
ostensione sp̄s & uirtutis· ut fides ur̄a non sit
in sapientia hominum· sed in uirtute dī· Sa
pientiam aut̄ loquimur inter p̄fectos· Sapi
entiam u° non huius sęculi· neq; principum
huius sęculi qui destruuntur· sed loquimur
dī sapientiam in mysterio quę abscondita est·
quam p̄destinauit dš ante sęcula in glām nr̄am·
quam nemo principum huius sęculi cognouit;
Si enim cognouissent· num quam dn̄m glorię
crucifixissent·
sed sicut scriptum ē· Quod oculus non uidit·

nec auris audiuit · nec in cor hominis ascendit ·
quę pparauit ds his qui diligunt illum;
Nobis aut reuelauit ds p spm suum · Sps enim
omnia scrutatur · etiā pfunda di; Quis eni scit
hominum quę sunt hominis · nisi spiritus ho
minis qui in ipso ē · Ita & quę di sunt nemo
cognouit nisi sps di ·
Nos aut non spiritum huius mundi accepim9 ·
sed spm qui ex dō ē · ut sciamus quę a dō dona
ta sunt nobis · Quę & loquimur non in doctis
humanę sapientię uerbis sed in doctrina sps ·
spualib9 spualia cōparantes; Animalis aut ho
mo · non pcipit ea quę sunt sps di · Stulticia
eni ē illi · & non potest intelligere quia spua
liter examinatur; Spualis iudicat oma ·
& ipse a nemine iudicatur · Quis enim cognouit
sensum dni · aut qs instruxit eu · Nos autem sensu
xpi habemus · C III ·
Et ego fres non potui uobis loqui quasi spua
libus · sed quasi carnalibus · Tanquā paruulis
in xpo · lac uobis potum dedi non escā · Nondu
enim poteratis · sed nec nunc quidem potestis ·

Ad huc enim estis carnales; Cum enim sit inter uos zelus & contentio · nonne carnales estis · & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat ego quidem sum pauli · alius autem ego apollo · nonne homines estis? Quid igitur est apollo? Quid uero paulus? Ministri eius cui credidistis · et unicuique sicut dominus dedit; Ego plantaui · apollo rigauit · sed deus incrementum dedit · Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat · sed qui incrementum dat deus · Qui plantat autem & qui rigat unum sunt; Unusquisque autem propriam mercedem accipiet · secundum suum laborem · Dei enim sumus adiutores · Dei agricultura estis · dei edificatio estis · Secundum gratiam dei que data est mihi · ut sapiens architectus fundamentum posui · Alius autem superedificat · Unusquisque autem uideat quomodo superedificet · Fundamentum enim aliud nemo potest ponere · preter id quod positum est · quod est christus iesus; Siquis autem superedificat supra fundamentum hoc aurum argentum lapides preciosos · ligna fenum stipulam · uniuscuiusque opus manifestum erit; Dies enim domini declara

bit · quia in igne reuelabitur · et uniuscuiusque
opus quale sit ignis probabit; Si cuius opus man-
serit quod superedificauit · mercedem accipiet ·
Si cuius opus arserit · detrimentum patietur; Ip-
se autem saluus erit · sic tamen quasi per ignem ·
Nescitis quia templum dei estis · et spiritus dei habitat
in uobis · Si quis autem templum dei uiolauerit ·
disperdet illum deus · Templum enim dei sanctum est quod estis uos;
Nemo se seducat · Si quis uidetur inter uos sapi-
ens esse in hoc seculo · stultus fiat ut sit sapiens ·
Sapientia enim huius mundi · stulticia est apud
deum; Scriptum est enim; Comprehendam sa-
pientes in astucia eorum; Et iterum · Dominus nouit co-
gitationes sapientium quoniam uane sunt ·
Itaque nemo glorietur in hominibus · Omnia
enim uestra sunt · siue paulus siue apollo siue
cephas · siue mundus siue uita siue mors · si-
ue presentia siue futura · Omnia enim uestra sunt ·
uos autem christi · christus autem dei · C. IIII ·
Sic nos existimet homo ut ministros christi et
dispensatores mysteriorum dei; Hic iam que-
ritur inter dispensatores · ut fidelis quis inue-

matur; Mihi autem pro minimo est ut a uobis iudicer
aut humano die. Sed neque me ipsum iudico.
Nihil enim mihi conscius sum. sed non in hoc
iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est;
Itaque nolite ante tempus iudicare. quoadusque
usque ueniat dominus. qui et illuminabit abscon
dita tenebrarum. et manifestabit consilia cor
dium. et tunc laus erit unicuique a deo.
Hec autem fratres transfiguraui in me et apollo propter
ter uos. ut in nobis discatis ne supra quam scri
ptum est. unus aduersus alterum infletur pro alio;
Quis enim te discernit. Quid autem habes quod
non accepisti. Si autem accepisti. quid gloria
ris quasi non acceperis. Iam saturati estis. iam
diuites facti estis. Sine nobis regnatis. et utinam
regnetis. ut et nos uobiscum regnemus.
Puto enim nos deus apostolos nouissimos ostendit
tanquam morti destinatos. quia spectaculum
facti sumus huic mundo et angelis et hominibus.
Nos stulti propter Christum. uos autem prudentes in Christo.
Nos infirmi. uos autem fortes. Vos nobiles. nos
autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus

& sitimus & nudi sumus · & colaphis cedimur
& instabiles sumus · & laboramus operantes mani
bus nr̄is; Maledicimur & benedicimus · psecu
tionem patimur & sustinem9 · blasphemamur
& obsecramus · Tamquam purgamenta
hui9 mundi facti sum9 · omnium peripsima usq;
adhuc; Non ut confundā uos hec scribo · sed ut
filios meos carissimos moneo ·

Nam si decē milia pedagogorū habeatis in xp̄o ·
sed non multos patres · Nam in xp̄o ih̄u p euange
liū ego vos genui · Rogo ergo uos · imitatores mei estote
sic & ego xp̄i · Ideo misi ad uos timotheū qui est
filius meus carissimus & fidelis in dn̄o · qui uos
cōmonefaciat uias meas que sunt in xp̄o ih̄u ·
sicut ubiq; in omni ecct̄a doceo ·

Tamquā non uenturus sim ad uos · sic inflati
sunt quidā; Ueniam autē cito ad uos si dn̄s
uoluerit · & cognoscā non sermonē eorum
qui inflati sunt sed uirtutē; Non enim in
sermone ē regnum dī sed in uirtute; Quid
uultis · In uirga ueniā ad uos · an in caritate
& spū mansuetudinis ·

Omnino auditur inter uos fornicatio . et talis for ~~Co.~~ nicatio qualis nec inter gentes . ita ut uxorem patris sui aliquis habeat ; Et uos inflati estis . et non magis luctũ habuistis . ut tollatur de medio urm qui hoc opus fecit .
Ego quidem absens corpore p̄sens autem spũ . iam iudicaui ut p̄sens eum qui sic operatus ē . in nomine dñi nr̄i ihũ xp̄i congregatis uob̄ et meo spũ cum uirtute dñi ihũ tradere huius modi sathane in interitum carnis . ut sp̄s saluus sit in die dñi nr̄i ihũ xp̄i .
Non bona est gloriatio ur̄a . Nescitis quia modicum fermentum totã massam corrum pit . Expurgate uetus fermentum ut sitis no ua conspersio . sicut estis azimi . Etenim pas cha nr̄m immolatus ē xp̄c ; Itaq; epulem̄ non in fermento ueteri . neq; in fermento malitię et nequitię . sed in azimis sinceritatis et ueritatis .
Scripsi uobis in ep̄lã ne cõmisceamini forni cariis . non utiq; fornicariis huius mundi . aut auaris aut rapacibus aut idolis seruien tibus . Alioquin debueratis de hoc mundo

exisse. Nunc autem scripsi uobis non commisceri.
Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator aut aua
rus aut idolis seruiens. aut maledicus aut ebri
osus aut rapax. cum eiusmodi nec cibum sumere;
Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?
Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? Nam
eos qui foris sunt deus iudicabit: Auferte malum
ex uobis ipsis. C VI.

Audet aliquis uestrum habens negotium aduer
sus alterum iudicari apud iniquos. et non apud
sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?
Et si in uobis iudicabitur mundus. indigni
estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam an
gelos iudicabimus? Quanto magis secularia?
Secularia igitur iudicia si habueritis. contemp
tibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad
iudicandum; Ad uerecundiam uestram dico;
Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit
iudicare fratrem suum. sed frater cum fratre iudicio con
tendit. et hoc apud infideles.
Iam quidem omnino delictum est in uobis.
quod iudicia habetis inter uos; Quare non
magis iniuriam accipitis? Quare non

magis fraudem patimini. Sed uos iniuriam fa
citis & fraudatis. & hoc fratribus.
An nescitis quia iniqui regnum di n possidebt?
Nolite errare. Neque fornicarii neq; idolis ser
uientes neq; adulteri. neque molles neq; mascu
lorum concubitores. neque fures neque auari.
neque ebriosi neq; maledici neque rapaces regnu
di possidebunt; Et hec quidem fuistis. sed ablu
ti estis. sed scificati estis. sed iustificati estis. in
nomine dni nri ihu xpi & in spu di nri.
Omnia mihi licent. sed non omnia expediut.
Omnia mihi licent. sed ego sub nullius redi=
gar potestate; Esca uentri. & uenter escis; Ds
autem & hunc & hanc destruet; Corpus aute
non fornicationi sed dno. & dns corpori; Ds
uero & dnm suscitauit. & nos suscitabit p uirtu
Nescitis qm corpora — Etem suam;
ura membra xpi sunt. Tollens ergo membra
xpi faciam membra meretricis? Absit. An
nescitis qm qui adheret meretrici unum cor
pus efficitur? Erunt enim inquit duo in
carne una. Qui aut adheret dno unus spc e.

Fugite fornicationem; Omne enim peccatum quodcumq; fecerit homo extra corpus e. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat; An nes citis q̄m̄ membra ur̄a templū ē sp̄c sc̄i qui in uob est. quē habetis a dō. & non estis ur̄i; Empti eni estis p̄tio magno. glorificate & portate dn̄m in corpore ur̄o. C.vii.

De quibus autem scripsistis m̄. bonū ē homini mulierem non tangere. Propt̄ fornicatione aut̄ unusquisq; suā uxorē habeat. & unaquęq; suū uirū habeat; Uxori uir debitū reddat. simil̄r & uxor uiro; Mulier sui corporis potestatem n̄ habet sed uir. Similit̄ aut̄ & uir sui corporis potestatem n̄ habet sed mulier. Nolite fraudare inuicem. nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi. & iterum reuertimini in idipsum. ne temptet uos satanas p̄pter incontinentiam ur̄am.

Hoc autem dico secundum indulgentiā. non secundum imperium; Uolo autē omnes homines eē sicut me ipsum; Sed unusquisq; p̄priū habet donū ex dō. alius quidē sic. ali⁹ aūt sic.

Dico autem non nuptis & uiduis· bonum ē illis
si sic pmaneant sicut & ego; Quod si non se
continent, nubant· Melius est enim nubere
quam uri; Hys autem qui matri
monio sunt iuncti precipio non ego sed dn̄s
uxorem a uiro non discedere; Quod si discesse
rit manere innuptam· aut uiro suo reconci
liari; Et uir uxorem non dimittat· Nam cete
ris ego dico non dn̄s;
Si quis fr̄ uxorem habet infidelem· & hec c̄
sentit habitare cum illo· non dimittat illā·
Et si qua mulier habet uirum infidelem· &
hic consentit habitare cum illa· non dimit
tat uirum; Sc̄ificatus ē enim uir infidelis
p mulierē fidelē· & sc̄ificata ē mulier infide
lis p uirum fidelem· Alioquin filii ur̄i inmun
di erant· nunc autem sc̄i sunt; Quod si infide
lis discedit discedat· Non est enim seruituti
subiectus fr̄ aut soror in eiusmodi; In pace
autem uocauit nos d̄s; Unde enim scis mulier
si uirum saluum facies· Aut unde scis uir si
mulierem saluam facies· nisi unicuiq; sicut

diuisit dns. Unumquemq; sicut uocauit ds ita ambulet. & sicut in omnibus ecclesiis doceo; Circumcisus aliquis uocatus e. non adducat pputium; In pputio aliquis uocatus e. non circumcidatur; Circumcisio nihil e. & pputium nihil e. sed obseruatio mandatorum di;

Unusquisq; in qua uocatione uocatus e. in ea pmaneat. Seruus uocatus es. non sit tibi curae. sed & si potes liber fieri. magis utere; Qui enim in dno uocatus e. seruus. libertus e dni. Similiter qui liber uocatus e. seruus e xpi. Praetio empti estis. nolite fieri serui hominu. Unusquisq; in quo uocatus e fr. in hoc maneat apud dm;

De uirginibus autem pceptum dni non habeo. consilium autem do. tamquam misericordiam consecutus a do ut sim fidelis; Existimo g° hoc bonum ee. pp instante necessitatem. qm bonum e homini sic ee; Alligatus es uxori. noli quaerere solutione; Solutus es ab uxore. noli quaerere uxorem; Si autem acceperis uxorem. non peccasti. Et si nupse

rit uirgo non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco; Hoc itaque dico fratres. Tempus breue est. Reliquum est ut et qui habent uxores tanquam non habentes sint. et qui flent tanquam non flentes. et qui gaudent tanquam non gaudentes. et qui emunt tanquam non possidentes. et qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Preterit enim figura huius mundi; Volo autem uos sine sollicitudine esse; Qui sine uxore est. sollicitus est que domini sunt. quomodo placeat deo; Qui autem cum uxore est. sollicitus est que sunt mundi. quomodo placeat uxori. et diuisus est; Et mulier innupta et uirgo cogitat que domini sunt. ut sit sancta et corpore et spiritu. Que autem nupta est cogitat que sunt mundi. quomodo placeat uiro suo. Porro hoc ad utilitatem uestram dico. non ut laqueum uobis iniciam. sed ad id quod honestum est. et quod facultatem prebeat sine impedimento dominum obsecrandi;

Siquis autem turpem se uideri existimat

sup̄ uirgine sua quod sit sup̄adulta. & ita opor-
tet fieri. quod uult faciat. non peccat si nubat;
Nam q̄ statuit incorde suo firmus non habens
necessitatem. potestatem autem habens sue uo
luntatis. & hoc iudicauit incorde suo seruare ṽginē
suam. benefacit. Igitur & qui matrimonio
iungit uirginem suam benefacit. & qui non
iungit melius facit. Mulier alligata ē legi. quan-
to tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit
uir eius. liberata ē a lege. Cui uult. nubat. tm̄
in dn̄o. Beatior autem erit. si sic p̄manserit
secundum consiliū meum. Puto autem. q̄
& ego spm̄ di habeam. CVIII.

De his autem que idolis sacrificantur. scim̄
q̄m omnes scientiam habemus; Scientia
inflat. caritas uero edificat. Si quis aūt se existi-
mat scire aliquid. nondum cognouit quē-
admodum oporteat eum scire. Si quis aūt
diligit dm̄. hic cognitus ē ab eo. De escis
autem que idolis immolantur. scimus q̄
nihil ē idolum inmundo. & quod nullus
ds̄ nisi unus. Nam & si sunt qui dicantur

dii · siue in celo siue in terra · siquidem sunt
dii multi & dñi multi · nobis tamen unus ds
pater · ex quo omnia & nos in illo · & unus dñs
ihc xpc · p quem omnia & nos p ipsum ; Sed
non in omnibus ē scientia ; Quidam autē cū
conscientia ydoli usq; nc quasi ydolothitum
manducant · & conscientia ipsorum cū
sit infirma polluitur ; Esca autem nos non
commendat dō · Neq; ēi si non manducauerim
defici emus · neq; si manducauerimus
abun dabimus ; Uidete autem ne forte
hec licentia urā offendiculum fiat infirmis ;
Si enim quis uiderit eum qui habet scientiā
in idolio recumbentem · nonne conscientia
eius cum sit infirma edificabitur ad mandu-
candum ydolothita · & p ibit infirmus in tua
scientia fr̄ · ppter quem xpc mortuus ē · Sic
autem peccantes in frs̄ & percutientes conscien
tiam eorum infirmam · in xpo peccatis ; Qua
ppter si esca scandalizet frēm meum · non
manducabo carnem in eternum · ne fratrē
meum scandalizem · C. ix.

Non sum liber? Non sum apl̄s? Nonne xp̄m ih̄z dn̄z
nr̄m uidi? Nonne opus meum uos estis in dn̄o?
Et si aliis non sum apl̄s· sed tamen uobis sum;
Nam signaculum apostolatus mei uos estis
in dn̄o· Mea defensio apud eos qui me interro-
gant hęc est; Num-quid non habemus potesta-
tem manducandi & bibendi? Num-quid non
habemus potestatē sororē mulierē circū ducen-
di· sicut & ceteri apl̄i· & fr̄s dn̄i & cephas? Aut
solus ego & barnabas non habemus potestatē
hoc operandi? Quis militat suis stipendiis
un-quam? Quis plantat uineam· & de fructu ei⁹
non edit? Quis pascit gregem· & de lacte gre-
gis non manducat? Num-quid secundum homi-
nem hec dico· An & lex hec non dicit? Scrip-
tum ē enim in lege moysi; Non alligabis
os boui trituranti; Num-quid de bobus cu-
ra ē dō? An ppter nos utiq; hec dicit? Nā pro-
pter nos scripta sunt· Qm̄ debet in spe qui
arat arare· & qui triturat in spe fructus
pcipiendi; Si nos uobis sp̄ualia seminā-
uimus· magnum est si carnalia ura metam?

Si alii potestatis u(est)re participes sunt. quare n(on) po
tius nos. Sed non usi sumus hac potestate.
sed omnia sustinemus. ne quod offendiculu(m)
demus euangelio xp(ist)i. Nescitis quo(niam) qui in sacra
rio operantur. que de sacrario sunt edunt. et
qui altari deseruiunt. cum altario parti
cipantur. Ita et d(omi)n(u)s ordinauit his qui euan
gelium annuntiant de euang(e)lio uiuere. Ego
autem nullo horum usus sum. Non scripsi aut(em)
hec. ut ita fiant in me. Bonum e(st) enim mihi
magis mori. quam ut gl(ori)am mea(m) quis euacuet.
Nam si euangelizauero. non e(st) mihi gloria.
Necessitas enim mihi incumbit. Ue enim m(ihi)
est. si non euangelizauero. Si enim uolens
hoc ago. mercedem habeo. si autem inui
tus. dispensatio mihi credita e(st). Que e(st) ergo
merces mea. Ut euangelium predicans sine
sumptu ponam euang(e)l(iu)m. ut non abutar
potestate mea in euangelio.
Nam cum liber essem ex omnibus omnium
me seruum feci. ut plures lucrifacerem.
Et factus sum iudeis tanqua(m) iudeus. ut

iudeos lucrarer· his qui sub lege sunt quasi sub
lege essem· cum ipse non essem sub lege· ut eos
qui sub lege erant lucrifacerem· his qui sine
lege erant tan-quam sine lege essem· cum si-
ne lege dei non essem sed in lege essem christi· ut lu-
crifacerem eos qui sine lege erant; Factus sum
infirmis infirmus· ut infirmos lucrifacerem;
Omnibus omnia factus sum· ut omnes facerem
saluos: Omnia autem facio propter euange-
lium· ut particeps eius efficiar·
Nescitis quod hi qui in stadio currunt omnes
quidem currunt· sed unus accipit brauium·
Sic currite ut comprehendatis; Omnis enim
qui in agone contendit· ab omnibus se ab-
stinet· Et illi quidem ut corruptibilem co-
ronam accipiant· nos autem incorruptam;
Ego igitur sic curro non quasi in
incertum· sic pugno non quasi aerem uer-
berans· sed castigo corpus meum et in ser-
uitutem redigo· ne forte cum aliis predica-
uerim· ipse reprobus efficiar. Cx.
Nolo enim uos ignorare fratres· quoniam patres nostri

omnes sub nube fuerunt · & omnes mare transi
erunt · & omnes in moyse baptizati sunt in nu
be & in mari · et omnes eandem escam spirita
lem manducauerunt · & omnes eundem potu
spiritalem biberunt ; Bibebant autē de spiri
tali consequente eos petra · petra autem erat
xp̄c ; Sed non in pluribus eorum beneplaci
tum ē dō · Nam pstrati sunt in deserto ·
Hec autem in figura facta sunt nr̄i · ut non
simus concupiscentes malorum · sicut & illi
concupierunt · Neq; idolatre efficiamini sic
quidam ex ipsis · quemadmodum scriptum
est ; Sedit ppl̄s manducare & bibere · & surrex
erunt ludere ; Neq; fornicemur sicut quidā
ex ipsis fornicati sunt · & ceciderunt una die
uiginti tria milia ; Neq; temptemus xp̄m sic
quidam eorum temptauerunt · & a serpenti
bus perierunt ; Neq; murmuraueritis sicut
quidam eorum murmurauerunt · & perierū
ab exterminatore ·
Hec autem omnia in figura contingebant
illis ; Scripta sunt autem ad correctionem

nrām· in quos fines seculorum deuenerunt; Itaq; qui se existimat stare· uideat ne cadat; Temptatio uos non apphendat nisi humana· Fidelis autem ds est· qui non patietur uos temptari supra id quod potestis· sed faciet cum temptatione etiam puentum· ut possitis sustinere· Propt quod carissimi mihi· fugite ab idolorum cultura; Ut prudentibus loquor· uos ipsi iudicate qd dico; Calix benedictionis cui benedicimus· nonne communicatio sanguinis xpi e.? Et panis quem frangimus· nonne participatio corporis dni e.? Qm unus panis unu corpus multi sumus· oms q de uno pane et de vno calice participamus· Videte isrl' secundum carnem; Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo dico? Qd idolis immolatum sit aliquid· aut quod idolum sit aliquid? Sed que immolant gentes demoniis immolant et non do· Nolo autem uos socios fieri demoniorum· Non potestis calicem dni bibere et calicem de

moniorum; Non potestis mense dñi participes esse et mense demoniorum; An emulamur dnm. Num quid fortiores illo sumus. Omnia m licent. sed non omnia expediunt; Omnia m licent. sed non omnia edificant. Nemo quod suum e querat. sed quod alterius.

Omne quod i macello uenit manducate. ni hil interrogantes pp conscientiam. Dni est terra et plenitudo eius;

Siquis uocat uos infidelium ad cenā et uultis ire. omne quod uob apponitur manducate. ni hil interrogantes pp conscientiā; Siquis autem dixerit hoc immolatum est idolis. nolite manducare pp illum qui indica uit. et pp conscientiā; Conscientiā aut dico non tuā sed alterius; Ut quid enim li bertas mea iudicatur ab aliena conscientia. Si ego cum gra participo. quid blasphemor p eo quod gratias ago.

Siue ergo manducatis siue bibitis. siue aliud quid facitis. omnia in glam di facite; Sine offensione estote iudeis et gentibus et eccle

di. sicut et ego per omnia omnibus placeo. non
querens quod mihi utile est sed quod multis.
ut salui fiant; C. XI.
Imitatores mei estote. sicut et ego xpi; Laudo
autem uos fratres quod per omnia mei memores
estis. et sicut tradidi uobis precepta mea tenetis;
Volo autem uos scire. quod omnis
uiri caput xpc est. caput autem mulieris
uir. caput uero xpi deus est.
Omnis uir orans aut prophetans uelato capite.
deturpat caput suum; Omnis autem mulier
orans aut prophetans non uelato capite. detur
pat caput suum. Unum est enim ac si decalue
tur. Nam si non uelatur mulier tondea
tur; Si uero turpe est mulieri tonderi aut de
caluari. uelet caput suum. Vir quidem non
debet uelare caput quoniam ymago et
gloria est dei. Mulier autem gloria uiri est; Non
enim uir ex muliere. sed mulier ex uiro; Ete
nim non est creatus uir propter mulierem. sed
mulier propter uirum. Ideo debet mulier ue
lamen habere super caput suum propter angelos.

Veruntamen neq; uir sine muliere · neq; mulier sine uiro in dn͞o; Nam sicut mulier de uiro · ita & uir p mulierem · Omnia autem ex d͞o · Vos ipsi iudicate; Decet mulierem non uelatam orare d͞m · Nec ipsa natura docet uos · Quod uir quidem si comam nutriat ignominia ē illi; Mulier uero si comam nutriat gloria ē illi · quoniam capilli p uelamine ei dati sunt; Si quis autē uidetur contentiosus ēē · nos talem consuetudinem non habemus neq; ecc͞la d͞i · Hoc autē precipio non laudans quod non in melius sed in deterius conuenitis ·

Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesia · audio scissuras ēē inter uos & ex parte credo · Nam oportet & hereses ēē · ut & qui pbati sunt manifesti fiant in nobis · Conuenientibus ergo uobis in unum · iam n͞ est dominicam cenā manducare; Unusquisq; enim suam cenā psumit ad manducandum · & alius quidem esurit · alius autē ebrius est; Numquid domus non habetis ad manducandum & bibendum · Aut ecc͞lam d͞i contem-

nitas· & confunditis eos qui non habent· Quid
dicam uob· Laudo uos in hoc non laudo·
Ego enim accepi a dno quod & tradidi uobis· Qm
dns ihc in qua nocte tradebatur accepit
panem· & gras agens fregit & dixit· Accipite
& manducate· Hoc e corpus meum· quod pro uo
bis tradebatur· Hoc facite in meam comemora
tionem; Similiter & calicem postquam cena
uit dicens; Hic calix nouum testamentum
e in meo sanguine· Hoc facite quotiescumq; bi
beritis in meam commemoratione; Quotiens
cumq; enim manducabitis panem hunc & ca
licem bibetis· mortem dni annuntiabitis do
Itaq; quicumq; —— —— I nec ueniat·
manducauerit pane uel biberit calicem dni
indigne· reus erit corporis & sanguinis dni;
Probet autem seipsum homo· & sic de pane
illo edat & de calice bibat; Qui enim man
ducat & bibit indigne· iudicium sibi man
ducat & bibit· non diiudicans corpus dni;
Ideo inter uos multi infirmi & inbecilles· &
dormiunt multi; Quod si nosmetipsos diiudi-

caremus· non utique iudicaremur; Dum iudica
mur autem a dno corripimur· ut non cum hoc
mundo dampnemur·

Itaque frs mei· cum conuenitis ad manducandum
inuicem expectate; Si quis esurit domi man
ducet· ut non in iudicium conueniatis; Cete
ra autem cum uenero disponam. C XII·

De spiritalibus autem nolo uos ignorare frs;
Scitis quoniam cum gentes essetis· ad simu
lachra muta prout ducebamini euntes; Ideo
notum uobis facio· quod nemo in spu di lo
quens dicit anathema ihu; Et nemo potest
dicere dns ihc· nisi in spu sco; Diuisiones uero
gratiarum sunt· idem autem spc; Et diuisio
nes ministrationum sunt· idem autem dns;
Et diuisiones operationum sunt· idem uero
ds· qui operatur omnia in omnibus· Unicuique
autem datur manifestatio spc ad utilitatem·
Alii quidem per spm datur sermo sapientie· alii
autem sermo scientie secundum eundem spm·
Alteri fides in eodem spu· alii gra sanita
tum in uno spu· alii operatio uirtutum·

alii pphetia · alii discretio spirituum · alii genera linguarum · alii interpretatio sermonum ; Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult ; Sicut enim corpus unum est & membra habet multa · omnia autem membra corporis cum sint multa unum corpus sunt · ita & xpc ; Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus · siue iudei siue gentiles · siue serui siue liberi · & omnes uno spiritu potati sumus ; Nam & corpus non est unum membrum sed multa ; Si dixerit pes quoniam non sum manus non sum de corpore · non ideo non est de corpore · Et si dixerit auris quia non sum oculus non sum de corpore · non ideo non est de corpore · Si totum corpus oculus · ubi auditus · Si totum auditus · ubi odoratus · Nunc autem posuit deus membra unumquodque eorum in corpore sicut uoluit ; Quod si essent omnia unum membrum · ubi corpus · Nunc autem multa quidem membra · unum autem corpus ; Non potest autem dicere oculus manui opera tua non indigeo · aut iterum caput pedibus non

estis mihi necessarii. sed multo magis que ui
dentur membra corporis infirmiora esse necessa
riora sunt. et que putamus ignobiliora mem
bra esse corporis. his honorem habundantiorem
circum-damus. et que inhonesta sunt nostra.
habundantiorem honestatem habent. Honesta
autem nostra nullius egent; Sed deus temperauit
corpus. ei cui deerat abundantiorem tribu
endo honorem. ut non sit scisma in corpore.
sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra;
Et si quid patitur unum membrum. compati
untur omnia membra; Siue gloriatur unum
membrum. congaudent omnia membra;
Vos autem estis corpus christi. et membra de
membro; Et quosdam quidem posuit deus in
ecclesia. primum apostolos. secundo prophetas. ter
cio doctores. deinde uirtutes. exinde gratias
curationum opitulationes gubernationes.
genera linguarum interpretationes sermonum. Numquid omnes apostoli?
Num-quid omnes prophete. Num-quid omnes
doctores. Num-quid omnes uirtutes. Num
quid omnes gratiam habent curationum.

Nun-quid omnes linguis locuntur. Nun-quid omnes interpretantur.

Emulamini autem carismata meliora. et ad huc excellentiorem uiam demonstro. CXIII.

Si linguis hominum loquar & angelorum. caritatem autem non habeam. factus sum uelut es sonans aut cymbalum tinniens; Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam. & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam. caritatem autem non habeam. nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. & si tradidero corpus meum ita ut ardeam. caritatem autem non habuero. nihil mihi prodest. Caritas patiens est. benigna est. Caritas non emulatur. non agit perperam. Non inflatur. non est ambitiosa. non querit que sua sunt. Non irritatur. non cogitat malum. non gaudet super iniquitate. congaudet autem ueritati; Omnia suffert. omnia credit. omnia sperat. omnia sustinet. Caritas nun-quam excidit. Siue prophetie euacuabuntur. siue lin-

que cessabunt · siue scientia destruetur · Ex
parte enim cognoscimus · & ex parte pphetamus ; Cum autem uenerit quod pfectum est ·
euacuabitur quod ex parte ē ; Cum eēm parvulus loquebar ut paruulus · sapiebam ut
paruulus · cogitabam ut paruulus · Quando factus sum uir · euacuaui que erant
paruuli ; Videmus nunc p speculum in enigmate · tunc autē facie ad faciem ; Nunc cognosco ex parte · tunc autem cognoscam sic
& cognitus sum ; Nunc autē manent fides
spes karitas tria hec · Maior autē hijs est

Sectamini caritatem · CXIIII · caritas ·
Emulamini spiritalia · magis autē
ut pphetetis ; Qui enim loquitur lingua ·
non hominibus loquitur sed dō ; Nemo enī
audit · Sps autē loquitur mysteria ; Nam
qui pphat · hominibus loqtur ad edificationē
et exhortationem & consolationē · Qui loquitur lingua · semetipsum edificat · qui autem
pphetat · ecclāz dei edificat ; Volo autē uos omīs
loqui linguis · magis autem pphetare · Nam

maior est qui ꝓphetat quam qui loquitur lin
guis· nisi forte ut interpretetur· ut ęcclā ędifi
cationem accipiat; Nunc autem frs̄ si uenero
ad uos linguis loquens· quid uobis ꝓdero· nisi
loquar aut in reuelatione aut in scien
tia· aut in ꝓphetia aut in doctrina·˜ Tamen
quę sine anima sunt uocem dantia· siue tibia
siue cythara· nisi distinctionem sonituum
dederint· quomodo scietur id quod canitur·
aut quod cythari zatur·˜ Etenim si incertam
uocem det tuba· quis parabit se ad bellum·˜
Ita & uos ꝑ linguam nisi manifestum sermo
nem dederitis· quomodo scietur id quod dr̄·˜
Eritis enim in aera loquentes. Tam multa ut
puta genera linguarum sunt in hoc mun
do· & nihil sine uoce est; Si ergo nesciero
uirtutem uocis· ero ei cui loquor barbarus· et
is qui loquitur mihi barbarus. Sic & uos
qm̄ emulatores estis spirituum· ad edifica
tionem ęcclę̄ querite ut habundetis; Et
ideo qui loquitur lingua· oret ut interp̄
tetur; Nam si orem lingua· sp̄c meus orat·

mens autem mea sine fructu est; Quid ergo est;
Orabo spu · orabo & mente · Psallam spu · psal
lam & mente · Ceterum si benedixeris spu ·
quis supplet locum idiote · Quomodo dicit
amen sup tuam benedictionem · Qm quid
dicas nescit · Nam tu quidem bene gras agis ·
sed alter non edificatur; Gras ago dō · quod
omnium urm lingua loquor; Sed in eccla uo
lo quinq; uerba sensu meo loqui ut & alios
instruam · quam decem milia uerboru in lin
gua; Frs · nolite pueri effici sensibus · sed ma
litia paruuli estote · sensibus autem pfecti
sitis · In lege enim scriptum est · qm in aliis
linguis & in aliis labiis loquar populo huic ·
& nec sic exaudient me dicit dns; Itaq; lin
gue in signum sunt non fidelibus sed infideli
bus; pphetie autem non infidelibus sed fide
libus; Si ergo conueniat uniuersa eccla in
unum & omnes linguis loquantur · intrent
autem idiote aut infideles · nonne dicent
quid insanitis · Si autem omnes pphetent ·
intret autem quis infidelis uel ydiota · con

uincitur ab omnibus· diiudicatur ab omnibus·
Occulta cordis eius manifesta fiunt· et ita cadens
in faciem adorabit dm̄· pnuntians quod uere
ds̄ in uobis sit; Quid ergo est frs̄· Cū conueni
tis· Vnusquisq; urm̄ psalmum habet· doctrinā
habet· apocalypsim habet· linguam habet·
interpretationē habet·
Omnia ad edificationem fiant· Siue lingua
quis loquitur· secundum duos aut multum
tres & p partes· & un' interpretetur· Si autē
non fuerit interpres· taceat in ecclā· sibi autē
loquatur & dō·
Prophetę duo aut tres dicant· & ceteri diiu
dicent; Quod si alii reuelatum fuerit seden
ti· prior taceat; Potestis enim omnes p singu
los pphetare· ut omnes discant & oms ex
hortentur· Et spiritus pph̄arum pphetis
subiecti sunt· Non enī est dissensionis ds̄
sed pacis· sicut in omib; ecctiis scōrum doceo;
Mulieres in ecctiis taceant· Non enim
pmittitur eis loqui· sed subditas eē· sicut
lex dicit; Si quid autem uolunt discere·

domi viros suos interrogent; Turpe ē enim mulieri loqui in ecclā· An a uobis uerbum dī processit· aut in uos solos peruenit· Siquis uidetur propheta ēē aut spiritalis· cognoscat que scribo uobis· quia dnī sunt mandata· Siquis autem ignorat ignorabitur; Itaq; frēs emulamini prophetare· & loqui linguis nolite prohibere; Omnia autem honeste· & secundum ordinem fiant in vobis· CXVI·

Notum autem vobis facio frēs euangelium quod predicaui uobis· quod & accepistis· in quo & statis· per quod & saluamini· Qua ratione pdicauerim vobis si tenetis· nisi frustra credidistis; Tradidi enim uobis in primis quod & accepi· Qm̄ xp̄s mortuus est pro peccatis nr̄is secundum scripturas· & quia sepultus ē· & quia resurrexit tercia die secundum scripturas· & quia uisus ē cephe· & post hec undecim· Deinde uisus ē plusquā quingentis frīibus simul· ex quibus multi manent usq; adhuc· quidam autē dormierūt· Deinde uisus est iacobo· deinde apostolis

omnibus· Nouissime autem omnium tamquam ab
ortiuo uisus est et michi· Ego enim sum minimus apostolorum
qui non sum dignus uocari apostolus· quoniam persecutus
sum ecclesiam dei; Gracia autem dei sum id quod
sum· et gratia eius in me uacua non fuit· sed
abundantius omnibus illis laboraui· Non
autem ego· sed gratia dei mecum; Siue enim ego
siue illi sic predicauimus· et sic credidistis; Si
autem christus predicatur quod resurrexit a mor
tuis· quomodo quidam dicunt in vobis· quoniam
resurrectio mortuorum non est· Si autem resur
rectio mortuorum non est· neque christus resurrexit·
Si autem christus non resurrexit· inanis est ergo
predicatio nostra· inanis est et fides uestra; Inueni=
mur autem et falsi testes dei· quoniam testimonium
diximus aduersus deum· quod suscitauerit
christum quem non suscitauit· si mortui non resurgunt. Nam si mortui
non resurgunt· neque christus resurrexit; Quod
si christus non resurrexit· uana est fides vestra· Ad=
huc enim estis in peccatis uestris; Ergo et qui
dormierunt in christo perierunt; Si in hac ui
ta tantum in christo sperantes sumus· misera

biliores sumus omnib; hominib;; Nunc autem
xpc resurrexit a mortuis primitie dormientiū.
qm̄ quidē p hominem mors. & p hominem resur
rectio mortuorū. Et sicut in adam omnes mo
riuntur. ita & in xp̄o omnes uiuificabuntur;
Unusquisq; autē in suo ordine. Primitie xpc.
deinde hi qui sunt xpi. q̄ in aduentū eius cre
diderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum
dō & patri. cum euacuauerit omēm principatū
& potestatem & uirtutē & dn̄atioē. Oportet āt illū
regnare. donec ponat omnes inimicos sub pe
dibus eius; Nouissima autem inimica destru
etur mors; Omnia enim subiecit sub pedibus
eius; Cum autē dicat omnia subiecta sunt ei.
sine dubio preter eum qui subiecit ei omnia.
Cum autem subiecta illi fuerint om̄a. tunc
ipse filius subiectus erit illi qui sibi subie
cit omnia. ut sit ds̄ omnia in omnib;. Alio
quin quid facient qui baptizantur p mortu
is. Si omnino mortui non resurgunt. ut quid
eciaz baptizantur p illis. Ut quid & nos pericli
tamur omni hora. Quotidie morior p pter

uram gl(ori)am fr(atre)s · quam habeo in (christ)o ih(es)u d(omi)no n(ost)ro; Si secundum hominem ad bestias pugnaui ephesi · quid mihi prodest si mortui non resurgunt · Manducemus & bibamus · cras eni(m) moriemur; Nolite seduci · Corrumpunt mores bonos colloquia mala; Euigilate iusti · & nolite peccare; Ignorantiam enim d(e)i quidam habent · Adreuerentiam uobis loquor; Sed dicet aliquis · Quomodo resurgunt mortui · Quali autem corpore uenient · Insipiens tu quod seminas non uiuificatur · nisi prius moriatur · Et quod seminas non corpus q(uo)d futurum e(st) seminas · sed nudu(m) granum · ut puta tritici · aut alicuius ceteroru(m) seminu(m) · D(eu)s aut(em) dat illi corpus sicut uult · & unicuiq(ue) seminum proprium corpus; Non omnis caro eadem caro · sed alia caro homi(nu)m · alia pecorum · alia caro uolucrum · alia aut(em) piscium; Et corpora celestia · & corpora terrestria · Sed alia quidem celestium gloria · alia aut(em) terrestriu(m); Alia claritas solis · alia claritas lune · & alia claritas stellarum; Stella enim a stella dif-

fert in claritate· sic & resurrectio mortuorum;
Seminatur in corruptione· surgit in incorruptione; Seminatur in ignobilitate· surgit in gl̄a; Seminatur in infirmitate· surgit in uirtute· Seminatur corpus animale· surgit corpus spiritale· Si est corpus animale· est & spiritale· sicut scriptum ē· Factus ē primus homo adam in animam uiuentem· nouissim⁹ adam in sp̄m uiuificantē; Sed non prius qd̄ spiritale est· sed quod animale ē· deinde qd̄ spiritale; Primus homo de terra terrenus· secundus homo de celo celestis; Qualis terrenus· tales & terreni· & qualis celestis· tales & celestes; Igitur sicut portauimus imaginem terreni· portemus & imaginem celestis; Hoc autem dico fr̄s· qm̄ caro & sanguis regnum d̄i possidere non possunt· Neq; corruptio incorruptelam possidebit; Ecce mysterium uobis dico· Omnes quidem resurgem⁹· sed non om̄s immutabimur· In momento· in ictu oculi· in nouissima tuba· Canet eni tuba· & mortui resurgent incorrupti· &

nos immutabimur. Oportet enim corruptibi
le hoc induere incorruptionem. et mortale
hoc induere inmortalitatē. Cum autē morta
le hoc induerit inmortalitatem. tunc fiet ser
mo qui scriptus ē. Absorpta ē mors in uictoria.
Ubi ē mors uictoria tua? Ubi est mors stimu
lus tuus? Stimulus autem mortis peccatum
est. uirtus uero peccati lex; Dō autem gratias.
qui dedit nobis uictoriam p dnm nrm ihm
xpm. Itaq: frs mei dilectissimi. stabiles estote et
immobiles. abundantes in opere dni semp.
scientes quod labor vr non est inanis in dno.

De collectis autem que fiunt in C xvi et ultim.
scōs sicut ordinaui ecclis galatie. ita et uos
facite p unam sabbati; Unusquisq: urm apud se
reponat recondens quod ei bene placuerit.
ut non cum uenero tunc collecte fiant; Cum
autem presens fuero. quos pbaueritis p eptās.
hos mittam pferre grām urām in ierlm. Quod
si dignum fuerit ut et ego eam. mecum ibunt;
Ueniam autem ad uos. cum macedoniam ptran
siero. Nam macedoniam ptransibo. Apud

uos autem forsitan manebo uel etiam hiemabo · ut uos me deducatis quocumque iero; Nolo enim uos modo in transitu uidere; Spero enim me aliquantum temporis manere apud uos · si dominus permiserit; Manebo autem ephesi usque ad pentecosten; Ostium enim mihi apertum est magnum et euidens · et aduersarii multi; Si autem uenerit timotheus · uidete ut sine timore sit apud uos · Opus enim domini operatur sicut et ego; Ne quis ergo illum spernat · Deducite autem illum in pace · ut ueniat ad me · Expecto enim illum cum fratribus ·

De apollo autem fratre notum uobis facio · quoniam multum rogaui eum ut uenire ad uos cum fratribus · et utique non fuit uoluntas eius ut nunc ueniret · Veniet autem cum ei uacuum fuerit;

Vigilate state in fide · uiriliter agite et confortamini · et omnia uestra in caritate fiant;

Obsecro autem uos fratres · nostis domum stephane et fortunati et achaici · quoniam sunt primitie achaie · et in ministerium sanctorum ordinauer-

runt seipsos. ut et uos subditi sitis eiusmodi.
et omni cooperanti et laboranti;
Gaudeo autem in presentia stephane et fortuna
ti et achaici. quoniam id quod uobis deerat ipsi
suppleuerunt. Refecerunt enim et meum spiritum
et uestrum; Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt;
Salutant uos omnes ecclesie asie. Salutant uos
in domino multum aquila et prisca cum do
mestica sua ecclesia apud quos et hospitor. Salutant uos fratres omnes.
Salutate inuicem in osculo sancto; Salutatio
mea in manu pauli; Si quis non amat dominum nostrum
ihesum christum sit anathema maran atha. Gratia
domini nostri ihesu christi uobiscum. Caritas mea cum
omnibus uobis in christo ihesu. Amen.

Explicit epistola prima beati pauli apostoli ad corinthios.

maran atha. Nicolaus de lira dicit quod
sic debeat scribi. Sunt autem due dictiones.
et prima valet in latino dominus noster. secunda idem
quod venit. Sed apud ygnorantiam ydiomatis et lon
gitudine temporis due dictiones giuncte sunt
sibi. Hic vide paulum burgensem.

Prolog' in eplaz scdaz bti pauli apli ad corinth.

In scda ad corinthios epla· qi in pte supiori post tribulationu suaz relationes reddit causas· quare ad eos secundo non ierit· Quod non levi mutatione ɔsilij fecisse se asserit· s3 adventu suo tristiciaz inaurret· cum in pcto pmane disciplos repisset· Deinde agnito fructu penitentie reconciliat eu eccle· quem in pma ppter fornicatio3 a ɔsortio scoz iusserat amoveri· Et tercio cont pseudo aplos officij sui dignitatem tuetur· et novi testamenti ministros tanto anteire gra ondit· qnto evangelium est prestanti' lege· Immorat' em in causa illa plurimu quam breuit in prima contigerat· ut prompto ac libenti aio necessaria psentis vite non habentibus largiantur· et utilitate spualis commercij communicent presentia cum sanctis· atq3 habundantia sua sanctorum inopiam suppleant· ut vicissim ipsor inopia sanctorum habundantia suppleatur· In fine repetit quod supi' contra pseudo aplos egerat· et iactitionem eoz predicationesq3 circa se glosas· uel collata antiquitate generis· uel cathalogo iniuriaz ac piculoz suoz evacuat Dicitq3 eos operarios subdolos· qui ad imi

tationem sathane transfigurentur in aposto-
los xpi · sub predicationis specie lucra pecu
niaria qũnq; sectantes · Explicit prologus

Argumentum in eplam secundam beati pauli apli ad corinthios ·

Post actam penitentiam conso-
latoriam epistolam scribit eis
apostolus a troade per tytum ·
et collaudans eos hortatur ad
meliora · contristatos eos quidem sed
emendatos ostendens · Explicit argumen
tum

Incipit epla scda bti pauli apli ad corinth ·

ij ad

Capl'm p'mum.

Paul' ap'ls i' x̄pi per voluntatē dei · et
tymotheus fratr · eccl'e dī que est
corinthi · cum scis omnibus qui sunt
inuniuersa achaia · Gratia vobis
& pax ado patre nr̄o & dn̄o ihu xp̄o.
Benedictus ds & pater DNI NRI IHU
xp̄i · pater misericordiarum & ds toti'
consolationis · qui consolatur nos in om
ni tribulatione nr̄a · ut possimus & ipsi con
solari eos qui in omni pressura sunt · p exhor
tationem qua exhortamur & ipsi adō · Qm̄
sicut abundant passiones xp̄i in nobis ·
ita & p xp̄m abundat consolatio nr̄a · Si
ue autem tribulamur · p ūra exhortatione
& salute · siue ꝯsolam̄ · p ūra ꝯsolatiōe · siue exhor=
tam̄ · p ūra exhortatiōe & salute · q̄ opat̄ tolerantiam
earundem passionum quas & nos patimur ·
& spes nr̄a firma sit p uobis · scientes qm̄
sicut socii passionum estis · sic eritis & con
solationis ·

Non enim uolumus ignorare uos frs de tribu
latione nra que facta e in asia. Qm supra mo
dum grauati sumus supra uirtutem. ita ut
tederet nos etiam uiuere; Sed ipsi in nobis
ipsis responsum mortis habuimus. ut n
simus fidentes in nobis. sed in do qui suscitat
mortuos. qui de tantis periculis eripuit nos
et eruit. in quem speramus qm et adhuc eri
piet. adiuuantibus et uobis in oratione p
nobis. ut ex multarum psonis facierum eius
que in nobis est donationis. p multos gratie
agantur p nobis; Nam gloria nra hec est.
testimonium conscientie nre. quod in simpli
citate et sinceritate di et non in sapientia car
nali. sed in gra di conuersati sumus in hoc mun
do. abundantius autem ad uos.
Non enim alia scribimus uob. quam que legis
tis et cognouistis. Spero autem quod usq; in
finem cognoscetis. sicut et cognouistis nos ex
parte. quia gla ura sumus sicut et uos nra
in die dni nri ihu xpi. Et hac confidentia uolui
prius uenire ad uos ut secundam gram habere

tis & p uos transire inmacedoniam · & iterum
amacedonia uenire aduos · & auobis deduci
in iudeam; Cum ergo hoc uoluissem · num-qd
leuitate usus sum · Aut que cogito secundum
carnem cogito · ut sit apud me est & non ·
Fidelis autem ds · quia sermo nr̄ qui fuit apud
s̄ ē in illo est · uos · non est in illo est et non · Di enim filius
ihc xpc · qui uobis p nos predicatus ē p me
& siluanum & timotheum · nō fuit ī illo ē & nō ·
sed est in illo fuit · Quotquot enim pmissiones
di sunt · in illo est · Ideo & p ipz amē dicim deo
ad gl̄am nr̄am : Qui autem confirmat nos
uobiscum in xpo · & qui unxit nos ds · &
qui signauit nos · & dedit pignus spc in cor
Ego autem testem dm̄ — — dibus nr̄is;
inuoco in animam meā · quod parcens uob
non ueni ultra corinthum · non quia domi-
namur fidei ur̄e · sed adiutores sumus gaudii
ur̄i · Nam fide statis : C II ·

Statui autem hoc ipsum apud me · ne iterum
in tristicia uenirem ad uos : Si enim ego
contristo uos · & quis ē qui me letificet · nisi

qui contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi
vobis. ut non cum uenero tristiciam sup tristi
ciam habeam de quibus oportuerat me gaude
re. confidens in omnibus uobis. quia meu gau
dium omnium urm est. Nam ex multa tribu
latione & angustia cordis scripsi uobis p mul
tas lacrimas. non ut contristemini. sed ut scia
tis quam caritatem habeam abundantius in
uobis. Si quis autem contristauit me. nō me
contristauit sed ex parte. ut non onerem om
nes vos. Sufficit illi qui eiusmodi ē obiurga
tio hec que fit a pluribus. ita ut e contrario
magis donetis & consolemini. ne forte abun
dantiori tristicia absorbeatur qui eiusmodi est.
Propter quod obsecro uos. ut confirmetis in
illum caritatem. Ideo enim & scripsi. ut cog
noscam experimentum urm. an in omnib
obedientes sitis. Cui autem aliqd donastis. &
ego. Nam & ego quod donaui si quid dona
ui. pp uos in psona xpi. ut non circumue
niamur a sathana. Nō enim ignoramus co
gitationes eius.

Cum uenissem autem troadem propter euangelium christi. & ostium mihi apertum esset in domino. non habui requiem spiritui meo. eo quod non inuenerim titum fratrem meum. sed ualefaciens eis profectus sum in macedoniam. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in christo ihesu. & odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco. quia christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt. & in his qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem. aliis autem odor uite in uitam. Et ad hec quis tam idoneus. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum dei. sed ex sinceritate. sed sicut ex deo coram deo in christo loquimur.

C. III.

Incipimus igitur nosmetipsos commendare. Aut numquid egemus sicut quidam commendaticiis epistolis ad uos aut ex uobis. Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris. que scitur & legitur ab omnibus hominibus. manifestati quoniam epistola estis christi ministrata a nobis. & scripta non atramento sed spiritu dei uiui. non in tabulis lapideis. sed in tabulis cordis carnalibus.

Fiduciam autem talem habemus p xpm ad
dm · non quod sufficientes simus cogitare
aliquid a nobis quasi ex nobis · sed sufficientia
nra ex do est · Qui et idoneos nos fecit minis-
tros noui testamenti non litera sed spu; Li-
tera enim occidit · spc autem uiuificat; Quod
si ministratio mortis literis deformata in
lapidibus fuit in gloria · ita ut non possent
intendere filii isrl in faciem moysi ppter
gtam uultus eius que euacuatur · quomodo
non magis ministratio spc erit in gloria.
Nam si ministratio dampnationis in gla
est · multo magis abundat ministerium iusti
ciȩ in gloria; Nam nec glorificatum e qd
claruit in hac parte ppter excellentem glo
riam; Si enim quod euacuatur p gtam e ·
multo magis quod manet in gta est ·
Habentes igitur talem spem multa fiducia
utimur · et non sicut moyses ponebat ue-
lamen sup faciem suam ut non intenderent
filii isrl in faciem eius quod euacuatur · Sed
obtusi sunt sensus eorum; Usque in hodier-

num enim diem idipsum uelamen in lectione
ueteris testamenti manet non reuelatum quō
in xp̄o euacuatur. Sȝ usq; in hodiernum diē
cum legitur moyses uelamen ē positum sup
cor eorum; Cum autem conuersi fuerit ad dm̄.
auferetur uelamen; Dn̄s autem sp̄c est; Ubi
autem sp̄c dn̄i. ibi libertas; Nos uero omnes
reuelata facie gl̄am dn̄i speculantes. in ean
dem imaginem transformamur a claritate
in claritatem tanquam a dn̄i sp̄u. Ĉ IIII.
Ideo hn̄tes hāc administrationem iuxta quod mi
sericordiam consecuti sumus. non deficimus.
sed abdicamus occulta dedecoris. non am
bulantes in astutia neq; adulterantes uer
bum dī. sed in manifestatione ueritatis com
mendantes nosmetipsos ad omnem conscien
tiam hominum coram dō.

Quod si etiam opertum est euangl̄m nr̄m.
in his qui pereunt est opertum. in quibus ds̄
huius seculi excecauit mentes infidelium.
ut non fulgeat illuminatio euanglii gl̄e
xp̄i. qui est imago dī. Non enim nosmetip

sos predicamus· sed ihm xpm dnm nrm· nos
autem seruos uros p ihm· qm ds qui dixit de
tenebris lucem splendescere. illuxit in
cordibus nris ad illuminationem scientię
claritatis di· in facie xpi ihu; Habemus aut
thesaurum istum in uasis fictilibus· ut subli
mitas sit uirtutis di in nob & n ex nobis; In om-
nibus tribulationem patimur· sed non an
gustiamur· Aporiamur sed non destituim·
persecutionem patimur sed non derelinqui
mur· deicimur sed non perimus; Semp mor
tificationem ihu in corpore nro circumferen
tes· ut & uita ihu in corporibus nris manifestet·
Semp enim nos qui uiuimus
in mortem tradimur ppter ihm· ut & uita
ihu manifestetur in carne nra mortali; Ergo
mors in nobis operatur· uita autem in uobis;
Habentes autem eundem spm fidei sicut scrip
tum est· credidi, ppter quod locutus sum·
& nos credimus; ppter quod & loquimur·
scientes qm qui suscitauit ihm & nos cum
ihu suscitabit· & constituit uobiscum; Om

nia enim ppter uos· ut gra abundans p mul
tos gratiarum actione abundet in glam di·
Ppter quod non deficimus; Sed licet is qui
foris est nr homo corrumpatur· tamen is qui
intus e renouatur de die in diem; Id enim
quod in psenti est momentaneum et leue
tribulationis nre· supramodu in sublimita
tem eternum gle pondus operatur in nob·
non contemplantibus nobis que uidentur·
sed que non uidentur; Que enim uidentur
temporalia sunt· que autem non uidentur
eterna sunt; C v.
Scimus enim qm si terrestris domus nra hui
habitationis dissoluatur· quod edificatio
nem ex do habemus. domum non manufac
tam eternam in celis; Nam et in hoc in
gemiscimus habitationem nram que de ce
lo est· sup indui cupientes· si tamen uestiti
et non nudi inueniamur; Nam et qui sumus
in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati·
eo quod nolumus expoliari sed sup uestiri·
ut absorbeatur quod mortale est a uita;

Qui autem efficit nos in hoc ipsum ds̄ ē· q̄ dedit nobis pignus spē· -- -- --
Audentes igitur semp· & scientes qm̄ dum sumus in corpore peregrinamur a dn̄o; Per fidem enim ambulamus & non p speciem; Audemus autem· & bonam uoluntatē habemus magis peregrinari a corpore· & presentes ēē ad dm̄· & ideo contendimus siue ab sentes siue p̄sentes placere illi; Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i· ut referat unusquisq; ppria corporis put gessit siue bonum siue malum· -- --
Scientes ergo timorem dn̄i hominib; suademus· deo autem manifesti sumus· Spero aut· & in conscientiis uр̄is manifestos nos ēē· --
Non iterum nos commendamus uobis· -- sed occasionem damus uobis gloriandi p nobis· ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur & non in corde; Siue enim mente excedimus dō· siue sobrii sumus uobis; Caritas enim xp̄i urguet nos· estimantes hoc qm̄ si unus p omnib; mortuus ē· ergo omnes mor

tui sunt. Et p omnibus mortuus ē xpc. ut &
qui uiuunt iam non sibi uiuant. sed ei qui p
ipsis mortuus est & resurrexit.
Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundū
carnem; Et si cognouimus secundum carnē
xpm̄. sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo
in xpo noua creatura. uetera transierunt.
Et [illegible] ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem
[illegible] ex dō qui reconciliauit nos sibi p xpm̄.
& dedit nobis ministerium reconciliatio
nis. Quoniam quidem ds erat in xpo mundum
reconcilians sibi. non reputans illis delicta
ipsorum. & posuit in nobis uerbum recon
ciliationis. Pro xpo ergo legatione fungi
mur. tanquam dō exhortante p nos. Obse
cramus p xpo. reconciliamini dō. Eum qui
non nouerat peccatum p nobis peccatum
fecit. ut nos efficeremur iusticie dei in ipso;

C VI.

Adiuuantes autem ex
hortamur uos. ne in uacuum grām dī recipiatis.
Ait enim. Tempore accepto exaudiui te.
& in die salutis adiuui te.

Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies
salutis. Nemini dantes ullam offensionem. ut
non uituperetur ministerium nrm. Sz in hijs om=
nibus exhibeamus nosmetipsos sicut di minis
tros. in multa patientia. in tribulationibus
in necessitatibus in angustiis. in plagis in car
ceribus in sedrtionibus. in laboribus in uigi
liis in ieiuniis in castitate. in scientia in lon
ganimitate in suauitate. in spu sco in carita
te non ficta. in uerbo ueritatis in uirtute di;
Per arma iusticię a dextris & a sinistris. p glam
& ignobilitatem. p infamiam & bona fama.
Ut seductores & ueraces. sicut qui ignoti &
cogniti. quasi morientes & ecce uiuimus.
Ut castigati & non mortificati. quasi tristes.
semp autem gaudentes. Sicut egentes multos
autem locupletantes. tanquam nihil haben
tes & omnia possidentes.

Os nrm patet ad uos o corinthii. cor nrm di
latatum e. Non angustiamini in nobis. an
gustiamini autem in uisceribus urs. Eande
autem habentes remunerationem. tan qua

filiis dico dilatamini & uos. Nolite iugum
ducere cum infidelibus. Que enim participatio
iusticie cum iniquitate. Aut que societas luci
ad tenebras. Que autem conuentio xpi ad be-
lial. Aut que pars fideli cum infideli. Quis aut
consensus templo di cum idolis. Vos enim estis
templum di uiui. sicut dicit ds. Qm inhabi
tabo in illis & inambulabo. & ero illorum ds.
& ipsi erunt mihi ppls. Propter quod exite
de medio eorum. & separamini dicit dns. Et in
mundum ne tetigeritis. & ego recipiam uos.
Et ero uobis in patrem. & uos eritis mihi in
filios & filias. dicit dns omps. C. vii.
Has igitur habentes pmissiones karmi. munde-
mus nos ab omni inquinamento carnis & spe.
pficientes scificationem in timore di. Capite
nos. Neminem lesimus. neminem corrupimus.
neminem circumuenimus. Non ad condem-
nationem urãm dico. Predixi enim quod in cordi
bus nris estis. ad commoriendum & ad conuiuen
Multa mihi fiducia e apud dum.
uos. multa mihi gloriatio pro uobis. Re

mi eius de tra + gua / ois liber hic p habudo

pletus sum consolatione · sup abundo gaudio in omni tribulatione nra. Nam et cum uenissem macedoniam · nullam requiem habuit caro nra · sed omnem tribulationem passi sum. Foris pugne · intus timores. Sed qui consolatur humiles · consolatus e nos ds in aduentu titi · non solum autem in aduentu eius · sed et iam in consolatione qua consolatus e in uobis · referens nobis urm desiderium urm fletum uram emulationem p me · ita ut magis gauderem · Qm et si contristaui uos in epla · non me penitet · Et si peniteret uidens quod epla illa et si ad horam uos contristaui · nunc gaudeo · non quia contristati estis · sed quia contristati estis ad penitentia. Contristati enim estis secundum dm · ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis · Que enim secundu dm tristicia e · penitentia in salutem stabilem operatur. Secli aut tristicia morte operatur. Ecce eni hoc ipsu secdm dm contristari uos quanta in uob operat sollicitudine · sed defensione · sed indignatione · s timore · s desiderium · sed

emulationem sed uindictam. In omnibus
exhibuistis uos incontaminatos esse negotio.
Igitur et si scripsi uobis non propter eum qui
fecit iniuriam. nec propter eum qui passus est.
sed ad manifestandam sollicitudinem nostram.
quam pro uobis habemus ad uos coram deo. Ideo
consolati sumus. In consolatione autem nostra
abundantius magis gauisi sumus super gaudio
titi. quia refectus est spiritus eius ab omnibus
uobis. Et si quid apud illum de uobis glori
atus sum. non sum confusus. sed sicut omnia de
uobis in ueritate locuti sumus. ita et glori
atio nostra que fuit ad titum ueritas facta est.
Et uiscera eius abundantius in uobis sunt.
reminiscentis omnium uestrum obedientiam.
quomodo cum timore et tremore excepistis
eum. Gaudeo quod in omnibus confido
Notum autem faci- C. VIII. in uobis.
mus vobis fratres gratiam dei que data est in ecclesiis
macedonie. quod in multo experimento
tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit.
et altissima paupertas eorum abundauit in di

uitias simplicitatis eorum. Quia secundu\u0304 uir
tutem testimonium illis reddo. et supra
uirtutem uoluntarii fuerunt. cum multa ex
hortatione obsecrantes nos gra\u0304m & commu
nicationem ministerii quod fit in sco\u0304s. Et
non sicut sperauimus. sed semetipsos dedert
primum deo. deinde nobis p uoluntate\u0304 di.
ita ut rogaremus titum ut quemadmodu\u0304
cepit. ita & pficiat in uobis etiam gra\u0304m ista\u0304.
Sed sicut in omnib' abundatis
fide & sermone & scientia & omni sollicitudine.
insup & caritate ura\u0304 in nos. ut & in hac gra\u0304
abundetis. Non quasi imperans dico. sed p ali
orum sollicitudinem etiam ure\u0304 caritatis in
genium bonum comprobans. Scitis enim gra\u0304m
dni\u0304 nri\u0304 ihu xpi\u0304. qm\u0304 ppter uos egenus fact'
est cum ee\u0304t diues. ut illius inopia uos diui
tes ee\u0304tis. Et consilium in hoc do. hoc eni\u0304 uob
utile est. qui non solum facere. sed & uelle ce
pistis ab anno priore. Nunc uero & facto pfi
cite. ut quemadmodum pmptus e\u0304 animus
uoluntatis. ita sit & pficiendi ex eo qd habe-

tis. Si enim uoluntas promta ē. secundum id quod habet accepta ē. non secundū id qđ non habet. Non enim ut aliis sit remissio uobis autem tribulatio. sꝫ ex equalitate in p̄senti tempore ur̄a abundantia illorū inopiam suppleat. ut & illorum abundantia ur̄ę inopię sit supplementum. ut fiat equalitas. sicut scriptum est. Qui multum habuit non abundauit. & qui modicum non minorauit. Gr̄as autem dō. qui dedit eandem sollicitudinem pro uobis in corde titi. qm̄ exhortationem quidem suscepit. Sed cum sollicitior eēt. sua uoluntate profectus ē ad uos. Misimus etiam cum illo fr̄ēꝫ nr̄ꝫ. cuꝰ laus ē in euangelio per omnes eccl̄as. Non solum autem sed & ordinatus ab ecc̄liis comes peregrinationis nr̄ę in hac gr̄a que ministratur a nobis ad dn̄i gloriam. & destinatam uoluntatem nr̄am. deuitantes hoc ne quis nos uituperet in hac plenitudine quę ministratur a nobis. Prouidemus enim bona non solum corā dō. sed etiam coram

hominibus. Misimus autem cum illis & fr̄em
nr̄m· quem pbauimus in multis sepe sollicitum
esse. Nunc autem multo sollicitiorem confi-
dentia multa in uob. siue p tito qui est socius
meus & in uob adiutor. siue fr̄s nr̄i apli eccle-
siarum glorię xpi. Ostensionem ergo que
est caritatis ur̄ę & nostre gl'e p uobis in illos
ostendite in facie ecclarum. C. ix.

Nam de ministerio qđ fit in sctos. ex abundāti ē m
scribere uobis. Scio enim pmptum animum
ur̄m; p quo de uobis glorior apud macedo-
nes. qm̄ achaia parata ē ab anno preterito.
& ur̄a emulatio puocauit plurimos. Misi-
mus autem fratres· ut ne quod gloriamur
de uobis euacuetur in hac parte. ut quemad-
modum dixi parati sitis. ne cum uenerint
macedones & inuenerint uos inpa-
ratos erubescamus nos. ut n̄ dicam uos in hac
substantia. Necessarium ergo existimaui rogare
fr̄es ut preueniant ad uos. et prepara-
rent repmissam benedictionē hanc preparatam
esse. sic quasi benedictionē. non quasi auari-

ciam · Hoc autē dico · Qui parce seminat · parce & metet · et qui seminat in benedictionib; de benedictionib; & metet · Unusquisq; ꝓut destinauit corde suo · ñ ex tristicia aut ex necessitate · Hilarem enī datorem diligit ds̄ · Potens ē enim ds̄ omnem grām abundare facere in uobis · ut in omnib; semꝑ omnem sufficientiam habentes habundetis in omne opus bonum · sicut scriptum ē · Dispsit dedit pauperibus · iusticia eius manet in seculum seculi · Qui autem amministrat semen seminanti · & panem ad manducandum prestabit · & multiplicabit semen urm̄ · & augebit incrementa frugum iusticie urē · ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem · que operatur ꝑ nos grārum actionem dō · Qm̄ ministerium huius officii non solum supplet ea que desunt scis · sed & iam abundat ꝑ multas grārum actiones in dn̄o · ꝑ ꝓbationem ministerii huius glorificantes dm̄ in obedientia confessionis urē in euangelio xp̄i · & simplicitate communicationis in illos & in omnes · & in

ipsorum obsecratione p vobis desiderantium
uos: pp ter eminentem grām dī in uobis· Gratias
ago dō sup inenarrabili dono eius· C x·
Ipse autem ego paulus obsecro vos p mansuetudinē et
modestiam xpi· qui in facie quidem humilis
inter uos· absens autem confido in uobis·
Rogo autem ne presens audeam per
confidentiam qua existimor audere in quos
dam· qui arbitrantur nos tanquam secun
dum carnem ambulemus· In carne enim am
bulantes· non secundum carnem militamus·
Nam arma militie nrē n̄ s̄ carnalia· sed poten
tia dō ad destructionem munitionum· consi
lia destruentes & omnem altitudinem extol
lentem se aduersus scientiam dī· & in captiui
tatem redigentes omnem intellectum in obse
quium xpi· & in pmptu habentes ulcisci om
nem inobedientiam· cum impleta fuerit uřa
obedientia· Que secundum faciem sunt ui
dete· Si quis confidit sibi xpi se ee· hoc cogi
tet iterum apud se· quia sic et ipse xpi est·
ita & nos· Nam & si amplius aliquid gloria=

tus fuero de potestate nr̄a: quam nob' dedit dn̄s in edificationem & non in destructionem ur̄am non erubescam. Ut autem non existimer tanquam terrere uos per ep̄las. qm̄ quidem ep̄le inquiunt graues sunt & fortes. presentia aūt corporis infirma & sermo contemptibilis. hoc ergo cogitet qui eiusmodi est. quia quales sumus uerbo per ep̄las absentes. tales & presentes in facto. Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam qui se ipsos commendant. sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes. & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non in inmensum gloriabimur. sed secundum mensuram regule. quā mensus est nobis ds̄ mensuram pertingendi usq; ad uos. Non enim quasi non pertingentes ad uos superextendimus nos. Usq; ad uos enim peruenimus in euangelio xp̄i. nō ī immensum gloriantes in alienis laboribus. spem autem habentes crescentis fidei ur̄e in uobis magnificari. secundum regulam nr̄am in abundantia & iam in illa que ultra uos

sunt euangelizare · non in aliena regula in his
que preparata sunt gloriari · Qui autem glo-
riatur in domino glorietur · Non enim qui se ip-
sum commendat ille probatus est · sed quem deus
commendat · C xi ·

Utinam sustineretis modicum quid insipien
tie meę · sed et supportate me · Emulor enim
uos dei emulatione · Despondi enim uos uni
uiro uirginem castam exhibere xpo · Timeo
autem ne sicut serpens euam seduxit astutia
sua · ita corrumpantur sensus uri · et excidant
a simplicitate quę est in xpo ·

Nam si is qui uenit alium xpm predicat quem
nos non predicauimus · aut alium spm accipi
tis quem non accepistis · aut aliud euangelium
quod non recepistis · recte pateremini · Existi-
mo enim nihil me minus fecisse a magnis aplis in uob · Nam
et si imperitus sum sermone · sed non scientia · In
omnibus autem manifestus sum uobis ; Aut
num-quid peccatum feci · me-ipsum humilians
ut uos exaltemini · Quoniam gratis euangelium dei
euangelizaui uobis · Alias ęcclesias expoliaui ·

accipiens stipendium ad ministerium uestrum. Et
cum essem apud uos & egerem. nulli onerosus
fui. Nam quod mihi deerat. suppleuerunt
fratres qui uenerunt a macedonia. & in omni-
bus sine onere me uobis seruaui & seruabo.
Est ueritas xpi in me. quoniam hec gloria non
infringetur in me in regionibus achaie. Qua-
re? Quia non diligo uos? Deus scit. Quod autem
facio & faciam. ut amputem occasionem eorum
qui uolunt occasionem. ut in quo gloriantur
tales inueniantur sicut & nos.
Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarii subdoli.
transfigurantes se in apostolos xpi. Et non mi-
rum. Ipse enim sathanas transfigurat se in an-
gelum lucis. Non est ergo magnum. si minis-
tri eius transfigurentur uelut ministri iusticie.
Quorum finis erit secundum opera ipsorum.
Iterum dico. ne quis me putet insipientem esse.
Alioquin uelut insipientem accipite me.
ut & ego modicum quid glorier. Quod lo-
quor non loquor secundum dominum. sed qua-
si in insipientia in hac substantia glorie.

Qm̄ multi gloriantur secundum carnem · & ego gloriabor · Libenter enim suffertis insipientes · cum sitis ipsi sapientes · Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit · si quis deuorat · si quis accipit · si quis extollitur · si quis in faciem uos cedit · Secundum ignobilitatem dico · quasi nos infirmi fuerimus in hac parte · In quo quis audet · in insipientia dico audeo & ego · Hebrei sunt · & ego · Israhelite sunt · & ego · Semen abrahe sunt · & ego · Ministri xpi sunt · & ego · Ut minus sapiens dico plus ego · In laboribus plurimis · in carceribus abundantius · in plagis supra modum · in mortibus frequenter · A iudeis quinquies quadragenas una minus accepi · Ter uirgis cesus sum · semel lapidatus sum · ter naufragium feci · nocte & die in profundo maris fui · In itineribus sepe · periculis fluminum · periculis latronum · periculis ex genere · periculis ex gentibus · periculis in ciuitate · periculis in solitudine · periculis in mari · periculis in falsis fratribus · In labore & erumna · in uigiliis multis · in fame & siti · in ieiuniis multis · in fri-

gore et nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt. instantia mea cotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non uror. Si gloriari oportet. que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus et pater domini nostri ihesu christi scit qui est benedictus in secula. quod non mentior. Damasci prepositus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorum. ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum. et sic effugi manus eius. CXIJ.

Si gloriari oportet. non expedit quidem. Ueniam autem ad uisiones et reuelationes domini. Scio hominem in christo ante annos quatuordecim. siue in corpore ---- siue extra corpus nescio deus scit. raptum eiusmodi usque ad tercium celum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. quoniam raptus est in paradysum. et audiuit archana uerba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor. pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Nam et si uoluero gloriari. non

cto insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem
ne quis me existimet supra id quod uidet in
me aut audit aliquid ex me. Et ne magnitu-
do reuelationum extollat me. datus ē enī m
stimulus carnis meę angelus sathane. ut me cola-
phizet. Propter quod ter dn̄m rogaui ut disce-
deret a me. & dixit mihi. Sufficit tibi grā mea.
Nam uirtus in infirmitate pficitur. Libenter
igitur gloriabor in infirmitatib; meis. ut in-
habitet in me uirtus xp̄i. Propter qđ placeo
mihi in infirmitatibus. in contumeliis
in necessitatibus. in psecutionibus in angus-
tiis p xp̄o. Cum enim infirmor. tunc potens
sum. Factus sum insipiens. Vos me coegistis.
Ego enim debui a uobis commendari. Nichil
enim minus feci ab his qui sunt supra modum
apl̄i. Tamen & si nihil sum. signa tamen apl'at' mei
facta sunt sup uos in omni patientia signis
& pdigiis & uirtutibus. Quid est enim quod
minus habuistis p̄ ceteris eccl̄iis. nisi quod ego
ipse non grauaui uos. Donate mihi hanc
iniuriam.

Ecce tercio hoc paratus sum uenire ad uos· & non ero grauis uobis· Non enim quero que ura sunt sed uos· Nec enim debent filii parentib; thesaurizare· sed parentes filiis· Ego autem libentissime impendam & sup impendar ipse p animabus uris· licet plus uos diligens minus diligar· Sed esto ego uos non grauaui· sed cum ess̄em astutus dolo uos cepi· Num-quid p aliquem eorum quos misi ad uos circumueni uos· Rogaui titum & misi cū illo frēm· numquid titus uos circumuenit· Nonne eodē spu ambulamus· nonne eisdem uestigiis· Olim putatis quod excusemus nos apud uos· Coram dō in xpo loquimur· Omnia autem kmi ppt urām edificationem· Timeo enim ne forte cum uenero non quales uolo inueniam uos· & ego inueniar a uobis qualem non uultis· ne forte contentiones emulationes animositates dissensiones· detractiones susurrationes inflationes sediciones sint inter uos· ne iterum cum uenero humiliet me ds apud uos· & lugeam multos ex his qui ante pecca

uerunt & non egerunt penitentiā sup inmun
ditia & fornicatione & inpudicitia quam gesserunt.
Ecce tertio hoc venio ad vos. In C. xiii et ult. iii.
ore duorum uel trium testium stabit omne
uerbum. Predixi et predico ut presens et
nunc absens hiis qui ante peccauerūt
& ceteris omnibus quō si uenero iterum non
parcam. An experimentum queritis eius qui
loquitur ī me xpc. Qui in uobis non infirma
tur sed potens est in uobis. Nam & si crucifix
us est ex infirmitate. sʒ viuit ex virtute dei.
Nam & nos infirmi sumus in illo. sed uiuim9
cum eo ex uirtute dī in uobis. Vosmetipsos
temptate si estis in fide xpī. uos pbate. An
non cognoscitis uosmetipsos. quia xpc ihc
in uobis ē. Nisi forte repbi estis. Spero aut
quod cognoscitis quia nos non sumus re
probi. Oramus autem dm̄ ut nihil mali
faciatis. non ut nos pbati parcamus. sed
ut uos quod bonum est faciatis. nos autē
ut repbi simus. Non enim possumus ali
quid aduersus ueritatem sed p ueritate.

Gaudemus autem quando nos infirmi sumus.
uos autem potentes estis. Hoc et oramus uram
consummationem. Ideo hec absens scribo.
ut non presens durius agam. secundum potes
tatem quam dns dedit mihi in edificatione
et non in destructionem.
De cetero frs gaudete. pfecti estote. exhor
tamini. idem sapite. Pacem habete. et ds
pacis et dilectionis erit uobiscum. Salutate
i inuicem in osculo sco. Salutant uos omes sci.
Gratia dni nri ihu xpi et caritas di et co
municatio sci spc sit cu omnib; uobis. Amen.

Explicit epla secun
da beati pauli apli
ad corinthios.

Prolog' in eplam bti pauli apli ad galathas

Galathas p' susceptioe euangelij quidam ad susceptioe legis veteris compulerant. vnde et hebionitarum heresis nata est. q̄ et xpristo credit. et in obseruatione circumcisionis et sabbati iudaizat ac similium mandatorum. Hos aplus exemplis et rone attente reuocat ab errore. Nam pmo psonam suam eis obicit. ut in ipso recognoscant quid sibi facere conueniat. et dicit se in iudaismo sup coetaneos suos habuisse studium et emulatorem fuisse paternarum tradicionum. ita ut xpristi psequeretur ecclesiam. post susceptioe vero fidei ita credidisse xpristo. Deinde aliud quoqz exemplum correptum indicat. quare metu iudeorum in conuictu eorum qui ex gentib' crediderant non tenuerit libertatem. cum vtiqz sub euangelio par esset omnium credentium atqz vna condicio. Affert et exemplum abrahe qui ante legem factorum fide iustificatus est. qz qz bndictionem ob hoc accepit. ut iam tunc ostenderet' neminem ad iusticiam posse aliter puenire. nisi fidem abrahe fuisset imitatus. Argumentatur eciam qm in lege iustificari nemo iam possit constitu

tus sub lege. quia utiqꝫ dictum erat.
Iustus autem ex fide viuit. In ratione
colligit. Si tm̄ fides potest. ut et ante
legem abraham et sub lege non nisi
ipsa iustificet. stultum ē eam tpe suo
ad iustificandum nō putare solam suf
ficē. Hec postremū exerit auctoritatē
apostolicam et pronunciat. Ecce ego
paulꝰ dico vobis. qꝛ si circumcidamini.
xp̄s vobis nichil proderit. A grā exci
distis. q̄ in lege iustificamī. Explicit plog.

Argumentum i epl'a bti pauli apli ad galathas

Galathe sunt greci.
Hij verbum veritatis
primum ab apostolo acceperunt.
sed post discessum eius temptati sunt a
falsis aplis. ut in legem et circumci
sionem verterent. Hos apls̄ reuocat ad
fidem vitatis. scribens eis ab epheso. Explicit
argumentum.

Incipit epl'a bti pauli apli ad galathas. C i m

Ad

PAULUS APLS
non ab hominib; neq;
p hominem. sed p ihm xpm
& dm patrem. qui suscitauit
eum a mortuis. & qui mecum
sunt fres omes ecclis galatie.
Gratia uobis & pax a do patre
nro & dno nro ihu xpo. qui de
dit semetipsum p peccatis nris ut
eriperet nos de presenti sclo nequam.
secundum uoluntatem di & patris nri. cui
est gloria in secula seculorum amen.
Miror quod sic tam cito transferimini ab eo
qui uos uocauit in gratiam xpi in aliud
euangelium. Quod non est aliud. nisi sunt
aliqui qui uos conturbant. & uolunt con
uertere euangelium xpi. Sed licet nos aut
angelus de celo euangelizet uobis preter
quam quod euangelizauimus uobis. ana
thema sit. Sicut predixi. & nunc ite

rum dico. Si quis uobis euangelizauerit preter
id quod accepistis. anathema sit.
Modo enim hominibus suadeo an deo? Aut que
ro hominibus placere? Si adhuc hominib9
placerem. xpi seruus non essem.
Notum enim uobis facio frs euangelium qd
euangelizatum ē a me. quia non est secun
dum hominem. Neq; enim ego ab homīe accepi
illud neq; didici. sed p reuelationem ihu xpi.
Audistis enim conuersationem meam
aliquando in iudaismo. qm supra modum
psequebar ecctam di & expugnabam illam.
& pficiebam in iudaismo supra multos coetaneos
meos in genere meo. abundantius emulator
existens paternarum mearū traditionum.
Cum autem placuit ei qui me segregauit de
utero matris mee & uocauit p grām suam.
ut reuelaret filium suum in me. ut euange
lizarem illum in gentibus. continuo non
acquieui carni & sanguini. neq; ueni iero
solymam ad antecessores meos aptos. sed abii
in arabiam. & iterum reuersus sum damascū.

Deinde post annos tres ueni ierosolimam uide
re petrum. & mansi apud eum diebus quin-
decim. Alium autem apostolorum uidi neminem.
nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo
uobis. ecce coram deo quia non mentior. Dein-
de ueni in partes syrie & cilicie. Eram autem
ignotus facie ecclesiis iudee. que erant in christo.
Tantum autem auditum habebant. quoniam
qui persequebatur nos aliquando. nunc euan
gelizat fidem quam aliquando expugnabat.
& in me clarificabant deum. C II.

Deinde post annos quatuordecim iterum
ascendi ierosolymam cum barnaba. assump
to & tito. Ascendi autem secundum reuela
tionem. & contuli cum illis euangelium
quod predico in gentibus. Seorsum autem
his qui uidebantur aliquid esse. ne forte in uacuum
currerem aut cucurrissem. Sed neque titus qui
mecum erat cum esset gentilis compulsus est
circumcidi. sed propter subintroductos falsos
fratres qui subintroierunt explorare liberta
tem nostram quam habemus in christo ihesu. ut

nos in seruitutem redigerent. Quibus neq; ad
horam cessimus subiectioni. ut ueritas euange
lii pmaneat apud uos. Ab his autem qui uide
bantur ee aliqd quales aliqndo fuerint nihil mea
inter est. Ds psonam hominis non accipit.
Mihi enim qui uidebantur ee aliquid nihil
contulerunt. Sed econtra cum uidissent qd
creditum e mihi euangeliu prepucii sicut
et petro circumcisionis. qui enim operatus e
petro in apostolatu circumcisionis operatus
est et mihi inter gentes. et cum cognouissent
gratiam que data e mihi. iacobus et cephas
et iohannes qui uidebantur columne ee. dex=
tras dederunt mihi et barnabe societatis. ut
nos in gentes ipsi autem in circumcisione. tan=
tum ut paupu xpi memores essemus. Quod et ia
sollicitus fui hoc ipsum facere.

Cum autem uenisset cephas antiochiam in fa
ciem ei restiti. quia reprehensibilis erat. Pri
us enim quam uenirent quidam a iacobo cu
gentibus edebat. Cum autem uenissent sub=
trahebat et segregabat se. timens eos qui ex

circumcisione erant. Et simulationi eius consen
serunt ceteri iudei · ita ut & barnabas duceretur
in illam simulationem · Sed cum uidis
sem quod non recte ambularent ad ueritatē
euangelii · dixi cephe coram omnibus · Si tu
cum iudeus sis gentiliter uiuis et nō iudaice ·
quomodo gentes cogis iudaizare · Nos natura
iudei · & non ex gentibus peccatores · Scientes
autem quod non iustificatur homo ex operibus
legis nisi per fidem ihū xpī · & nos in xpo ihū
credimus · ut iustificemur ex fide xpī & nō
ex operibus legis · Propter quod ex operibus legis
non iustificabitur omnis caro ·

Quod si querentes iustificari in xpo et operibus legis
inuenti sumus & ipsi peccatores · Num quid xpc pecca
ti minister est · Absit · Si enim que destruxi
hec iterū reedifico · preuaricatorem me consti
tuo · Ego enim per legem legi mortuus sum · ut
deo uiuam · Xpo crucifixus sum cruci · Viuo
autem iam non ego · uiuit uero in me xpc · Quod
autem nunc uiuo in carne · in fide uiuo filii
dei · qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me ·

Non abicio grām dī. Si enim p legem iusti-
cia. ergo xp̄c gratis mortuus est. C. III.
O insensati galathe. quis uos fascinauit ueri
tati non obedire. Ante quorum oculos ihus
xp̄c pscriptus est. et in uobis crucifixus. Hoc
solum a vobis volo discere. Ex operibus legis
spm̄ accepistis. an ex auditu fidei. Sic stulti es
tis. ut cum spū cepertis. nunc carne consū-
mamini. Tanta passi estis sine causa. si tamen
sine causa. Qui ergo tribuit uobis spm̄ et ope
ratur uirtutes in uobis. ex operibus legis an
ex auditu fidei. Sicut sc̄ptū ē. Abraham credidit deo.
et reputatum est illi ad iusticiam. Cognos
cite ergo quia qui ex fide sunt hi sunt filii
abrahe. Prouidens autem scriptura quia ex
fide iustificat gentes d̄s. prenuntiauit abra-
he. quia benedicentur in te om̄s gentes.
Igitur qui ex fide sunt benedicentur
cum fideli abraham. Quicumq; enim ex o
peribus legis sunt. sub maledicto sunt.
Scriptum est enim. Maledictus omnis qui
non pmanserit in omnibus que scripta sunt

in libro legis· ut faciat ea·
Qm̄ autem in lege nemo iustificatur apud
dm̄· manifestum ē quia iustus ex fide uiuit·
Lex autem non est ex fide· sed qui fecerit ea
uiuet in illis· Xp̄c nos redemit de ma-
ledicto legis factus pro nobis maledictum·
quia scriptum ē· maledictus om̄is qui pen
det in ligno· ut ī gētibus benedictio abrahę
fieret in xp̄o ihū· ut pollicitationem sp̄c
accipiamus p fidem·
FR̄S· secundum hominem dico· Tamen homi-
nis confirmatum testamentum· nemo spernit
aut sup ordinat· Abrahę dictę sunt pmis
siones & semini eius· Non dicit ī seminibus
quasi in multis· sed quasi in uno & semini tuo·
qui est xp̄c· Hoc autem dico testamentum
confirmatū a dō· quę post quadringentos
& triginta annos facta ē lex· non irritum
facit ad euacuandam pmissionem· Nam si
ex lege hereditas· iam non ex repmissione·
Abrahę autem pre pmissionem donauit ds̄·
Quid igitur lex· propter transgres-

sionem posita est· donec ueniret semen cui pro
miserat ordinata per angelos in manu media
toris· Mediator autem unius non est· ds autem
Lex ergo aduersus unus est·
promissa di· Absit· Si enim data eet lex que
posset uiuificare· uere ex lege eet iusticia·
Sed conclusit scriptura omnia sub peccato· ut
promissio ex fide ihu xpi daretur credentibus·
Prius autem quam ueniret fides sub lege custo
diebamur· conclusi in eam fidem que reuelan
da erat· Itaque lex pedagogus nr fuit in xpo·
ut ex fide iustificemur· At ubi uenit fides· iam
non sumus sub pedagogo· Omnes enim filii
di estis per fidem· que est in xpo ihu·
Quicumque enim in xpo baptizati estis: xpm
induistis· Non est iudeus neque grecus· non est
seruus neque liber· non est masculus neque femi
na· Omnes enim uos unum estis in xpo ihu·
Si autem uos unum estis in xpo ihu· ergo abrahe semen
estis· secundum promissionem heredes· Cap̄·
Dico autem quanto tempore heres paruulus
est· nihil differt a seruo cum sit dns omnium·

sed sub tutoribus & actoribus est usque ad praefi
nitum tempus a patre.

Ita & nos cum essemus paruuli sub elementis
mundi eramus seruientes. At ubi uenit
plenitudo temporis, misit deus filium suum
factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui
sub lege erant redimeret, ut adoptionem fili
orum reciperemus.

Quoniam autem estis filii dei, misit deus spiritum filii sui
in corda nostra clamantem abba pater. Itaque iam
non est seruus sed filius. Quod si filius &
heres per deum. Sed tunc quidem ignorantes deum
his qui natura non sunt dii seruiebatis. Nunc
autem cum cognoueritis deum, immo cogni
ti estis a deo, quomodo conuertimini iterum
ad infirma & egena elementa quibus denuo
seruire uultis. Dies obseruatis & menses &
tempora & annos. Timeo ne forte sine causa
laborauerim in uobis. Estote sic et ego quia
ego sicut uos.

Fratres obsecro uos, nihil me lesistis. Scitis autem
quia per infirmitatem carnis euangelizaui

uobis iam pridem · & temptationem uram̄ in
carne mea non spreuistis neq; respuistis · sed sic̄
angelum dī excepistis me · sicut xp̄m ih̄m ·
Ubi est ergo beatitudo ura · Testimonium enī
phibeo uobis · quia si fieri posset · oculos uros
eruissetis & dedissetis mihi · Ergo inimicus
uobis factus sum · uerum dicens uobis ·
Emulantur uos non bene · sed excludere uos
uolunt · ut illos emulemini · Bonum autem
emulamini in bono semp · & non tantum cū
presens sum apud uos ·
Filioli mei quos iterum parturio · donec for
metur xp̄c in uobis · Uellem autem ēē apud
uos modo & mutare uocem meā · quīa confun
dor in uobis · Dicite mihi · qui sub lege uultis
ēē · legem non legistis · Scriptum ē enim · quīa
Abraham duos filios habuit · unum de ancilla ·
& unum de libera · Sed qui de ancilla · secun
dum carnem natus ē · qui autem de libera ·
per repromissionem · Que sunt p allegoriā dicta ·
Hec enim sunt duo testamenta · Unum qui
dem ī monte syna in seruitutem generans ·

que est agar. Sina enim mons est in arabia.
qui coniunctus est ei que nunc est ierusalem. et
seruit cum filiis suis. Illa autem que sursum
est ierusalem libera est. que est mater nostra.
Scriptum est enim. Letare sterilis que non paris.
erumpe et clama que non parturis. quia mul
ti filii deserte. magis quam eius que habet ui
rum. Nos autem fratres secundum ysaac promissio
nis filii sumus. Sed quomodo tunc qui secun
dum carnem natus fuerat persequebatur eum
qui secundum spiritum. ita et nunc. Sed quid di
cit scriptura. Eice ancillam et filium eius. Non
enim heres erit filius ancille cum filio libere.
Itaque fratres non sumus ancille filii sed libere.
qua libertate christus nos liberauit. C. v.

State et nolite iterum iugo seruitutis contineri.
Ecce ego paulus dico uobis. quoniam si
circumcidamini. christus uobis nihil proderit.
Testificor autem rursum omni homini circum
cidenti se. quoniam debitor est uniuerse legis
faciende. Euacuati estis a christo qui in lege
iustificamini. a gratia excidistis. Nos enim

spu̅ ex fide spem iusticię expectamus.
Nam in xp̅o ih̅u neq; circumcisio aliquid ua
let neq; preputium. sed fides que p caritatem operatur.
Currebatis bene. quis uos fascinauit ueritati non obedire. Nemini consenseritis. Persuasio hec. n̅ e̅ ex eo
qui uocat uos. Modicum fermentum. totam
massam corrumpit. Ego confido in uobis in
d̅no. quod nihil aliud sapietis. Qui autem
conturbat uos portabit iudicium quicumq;
est ille. Ego autem fr̅s si circumcisionem
adhuc predico. quid adhuc psecutionem pa
tior. Ergo euacuatum est scandalum crucis.
Utinam & abscidantur qui uos conturbant.
Uos enim in libertate̅ uocati estis fr̅s. Tantu̅ ne li
bertatem ur̅a̅m in occasionem detis carnis. sed
p caritatem spiritus seruite inuicem.
Omnis enim lex in uno sermone impletur.
diliges pximum sicut te ipsum.
Quod si inuicem mordetis & comeditis. uide
te ne ab inuicem consumamini.
Dico autem i̅ xp̅o. Spu̅ ambulate. et carnis desideria

non p̄fitictis· Caro enim concupiscit aduersus spm̄· spc̄ autem aduersus carnem· Hec enim sibi inuicem aduersantur· ut non quecumq; uultis illa faciatis· Quod si spū ducimini· non estis sub lege· Manifesta autem sunt opera carnis· que sunt fornicatio immunditia impudicitia luxuria· idolorum seruitus· ueneficia inimicitie contentiones emulationes· ire rixe dissensiones secte —— inuidie homicidia· ebrietates comessationes· & his similia· Que predico uobis sicut predixi· qm̄ qui talia agunt regnum dī non consequentur· Fructus autem spc̄ est caritas gaudium pax patientia longanimitas· bonitas benignitas mansuetudo fides· modestia continentia castitas; Aduersus huiusmodi non ē lex· Qui autem sunt xpi· carnem suā crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis ——

Si spū uiuim9· spū & ambulemus· Non efficiamur inanis gl'e cupidi· inuicem puocantes· inuicem inuidentes· C vi et ultimū·

Fr̄s· & si preoccupatus fuerit homo in aliquo

delicto · uos qui spiritales estis huiusmodi in
struite in spiritu lenitatis · considerans te ipsu͞
ne & tu tempteris · Alter alterius onera porta
te · & sic adimplebitis legem xp̄i · Nam si quis
existimat se aliquid e͞e cum nihil sit · ipse se
seducit · Opus autem suum p̄bet unusquisq; ·
& sic in semetipso tantum gl͞am habebit & n͞
in altero ; Unusquisq; enim onus suu͞ portabit ·
Communicet autem is qui catezizatur uerbo ei qui se catezizat in om͞ib; bonis ·
Nolite errare · d͞s non irridetur · Que enim semi
nauerit homo hec & metet · Qm͞ qui seminat
in carne sua · de carne & metet corruptione͞ ·
Qui autem seminat in sp͞u · de sp͞u metet uita͞
eternam · Bonum autem facientes · non deficia
mus · Tempore enim suo metemus n͞ deficientes ·
Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes · maxime autem ad domes
Uidete qualibus litteris Lucos fidei ·
scripsi uobis mea manu · Quicumq; enim uolu͞t pla
cere in carne hi cogunt uos circumcidi · tan
tum ut crucis xp̄i p̄secutionem non patiant͞ ·

Neq; enim qui circumciduntur legem custo
diunt · sed uolunt uos circumcidi · ut in car
ne ura glorientur ·
Mihi autem absit gloriari nisi in cruce dni
nri ihu xpi · per quem mihi mundus crucifix
us est · & ego mundo · In xpo enim ihu neq;
circumcisio aliquid ualet neq; preputium ·
sed noua creatura · Et quicumq; hanc regulā
secuti fuerint · pax sup illos & misericordia ·
& sup israhel di ·
De cetero nemo mihi molestus sit · Ego enim
stigmata ihu ī corpore meo porto · Gratia dni
nri IHV XPI cum spu uro frs · Amen ·

Explicit epla bti pau li apli ad galathas.

Plog ī eplā; bti pauli apostoli ad ephesios.

Ephesii sunt asiani. Hii accepto verbo veritatis. pstiterit in fide. hos collaudat apls. scribens eis ab vrbe roma de carcere. Deuotioz ephesioz quam fide et sanctoz dilectione velut duob ydoneis testib approbant. prim magister gentium exhortationib incitat. Primo q dicit eos ante stitutione mundi electos. et in adoptione filioz vocatos. ut ipsa electio et adoptio sisatiois in bono. collate eos viue faciat dignitati. Deinde misteriu incarnatiois dominice qd supiorib ignotu fuerat genatoib. p euangeliu suu illis reuelatu dicit. ut i eo honore sue xditiois agnoscent. qm eiusdez nate a mortuis suscitat homo xpc ihs. transcenderit honore pncipat et vtutes et dnationes. et sit in dei dexta i q in insigne dugtatis ondit collocat. Reuocant ecia in meoria supioris uite. qd est efficacissimu exhortationis genus. ut dum se abiectos et viles rmiiscant. crescat ap eos pnus cumulus dugtatis. Nam in sacra ydoloz et luxuria i pingfendo. dei veri noticiam non habebant. Aiebant i se ee extraneos no solum a pmissionu spe. vim ecia a conuisatione isrt. cui pmissio debebat. Sanguine itaqz xpi amotum e legis obstaculum. q iudeos a gentib diuidebat. et iudei nomie gentilisqz deposito. vn e duob nouus homo

fact⁹ est xpian⁹. His g° pmissis bñficiis. amonet eos ut inuicem se ferant. et digne ambulent vocatiõe qua vocati s. cum omi humilitate et mã suetudine. Deinde ut optim⁹ mor magister vi cior oim impat cautionem. officia int affect ordinat uxoris in virum. viri in uxorem. filior i parentes. parentũ in filios. Precipit seruis ut fidel̃r s'uiant. ammonet dños ut impẽt clem̃t. Ac postremũ in comune oib⁹ genera armor suggerit. quib⁹ cont' spũales hostes valeant dimicare. Explicit prologus.

Argumentũ in eplã bti pauli apli ad ephesios.

Ephesii s asiam. Hii accepto v̄bo veritatis. p stiterũt in fide. Hos collaudat apl's. scribens eis ab vrbe roma de carcere p tichicum dyaconem. Sciendũ sane. q̄ hec eplã quam nos ad ephesios scriptam habem⁹. heretici et marie marcioniste ad laodicenos attitulant. Explicit argumentum.

Incipit eplã bti pauli apli ad ephesios. C lm.

P AULUS APTS XPI
IHU PER VOLUNTATEM DI
scis omnibus qui sunt ephesi
& fidelibus in xpo ihu. Gratia
uobis & pax a do patre nro.
& dno ihu xpo. Benedictus
ds & pater dni nri ihu xpi. qui
benedixit nos in omni benedicti
one spiritali in celestibus in xpo.
sicut elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem. ut essemus sci & inma
culati in conspectu eius in caritate. Qui pre
destinauit nos in adoptionem filiorum p ihm
xpistum in ipsum secundum ppositum uo
luntatis sue. in laudem glorie gratie sue.
in qua gratificauit nos in dilecto filio suo.
in quo habemus redemptionem p sanguinem
eius remissionem peccatorum secundum diui
tias gratie eius que supabundauit in nob
in omni sapientia & prudentia. ut notum
faceret nobis sacramentum uoluntatis sue

secundum beneplacitum eius quod proposu
it in eo in dispensationem plenitudinis tem
porum · instaurare omnia in xpo que in
celis & que in terra sunt in ipso · In quo & nos
sorte uocati sumus predestinati secundum p
positum eius qui omnia operatur secundum
consilium uoluntatis sue · ut simus in laude
glorie eius nos qui ante sperauimus in xpo · in
quo & uos cum audissetis uerbum ueritatis
euangelium salutis uestre · In quo & credentes
signati estis spu promissionis sco · qui est pig
nus hereditatis nostre · in redemptionem acqui
sitionis in laudem glorie ipsius ·
Propterea & ego audiens fidem uestram que est
in dno ihu & dilectionem in omnes scos non
cesso gratias agens pro uobis · memoriam uestri fa
ciens in orationibus meis · ut ds dni nri ihu
xpi pater glorie det uobis spm sapientie &
reuelationis in agnitione eius illuminatos
oculos cordis uestri · ut sciatis que sit spes uoca
tionis eius · & que diuitie glorie hereditatis
eius in scis · & que sit supereminens magnitudo

uirtutis eius in nos qui credidimus secundum ope
rationem potentie uirtutis eius quam opera
tus est in christo suscitans illum a mortuis. & con
stituens ad dexteram suam in celestibus supra
omnem principatum & potestatem & uirtu
tem & dominationem. & omne nomen quod
nominatur non solum in hoc seculo sed & iam
in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius.
Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam
que est corpus ipsius et plenitudo eius qui per om
nia in omnibus adimpletur. C. II.

Et uos cum essetis mortui in delictis & peccatis
uestris in quibus aliquando ambulastis se
cundum seculum mundi huius. secundum
principem potestatis aeris huius spiritus qui
nunc operatur in filios diffidentie. In quibus
& nos omnes aliquando conuersati sumus in
desideriis carnis nostre. facientes uoluntates
carnis & cogitationum. & eramus natura
filii ire sicut & ceteri.
Deus autem qui diues est in misericordia propter nimi
am caritatem suam qua dilexit nos. & cum

Ad

cemus mortui peccatis conuiuificauit nos xpo·
cuius gra estis saluati · & conresuscitauit & con
sedere fecit in celestibus in xpo ihu · ut osten
deret in seculis sup uenientib; abundantes diui
tias gratię suę in bonitate sup nos · in xpo ihu ·
Gratia enim estis saluati p fidem · &
hoc non ex uobis · Dei ē donū est · non ex operib;
ut ne quis glorietur: Ipsius enim sumus factura·
creati in xpo ihu in operibus bonis que pparа
uit ds ut in illis ambulemus ·
Propter quod memores estote quod aliquando
uos qui gẽtes eratis in carne · qui dicebamini preputiū
ab ea quę dicitur circumcisio in carne manufac
ta · Qui eratis illo tempore sine xpo · alienati
a conuersatione isrt̄ & hospites testamentorū ·
pmissionis spem non habentes · & sine do in hoc
Nunc autem in xpo ihu [mundo ·
uos qui aliquando eratis longe · facti estis ppe
in sanguine xpi · Ipse ē enim pax nra · qui fecit
utraq; unum · Et medium parietem macerię
soluens inimicitias in carne sua · legem man
datorū in decretis euacuans · ut duos condat

insemetipso inunum nouum hominem · faciens
pacem · ut reconciliet ambos inuno corpore dō·
p crucem interficiens inimicitias insemetipso ;
Et ueniens euangelizauit pacem uobis qui lon
ge fuistis · & pacem his qui ppe · qm̄ p ipsum ha
bemus accessum ambo inuno spū ad patrem ·
Ergo iam non estis hospites & aduenę ·
sed estis ciues scōrum & domestici dī · sup ędifi
cati sup fundamentum apłorum & pphārum ·
ipso summo angulari lapide xp̄o ihū · In
quo omnis ędificatio constructa crescit in
templum scm̄ in dn̄o · In quo & uos coędifica
mini in habitaculum dī · in spū scō · C · III ·
Huius rei grā ego paulus uinctus xp̄i ihū p
uobis gentibus · si tamen audistis dispensa
tionem grę̄ dī quę data est mihi in uobis · Qm̄
secundum reuelationem notum factū ē mihi
sacramentum · sicut supra scripsi in breui ; p ut
potestis legentes intelligere prudentiam
meam in misterio xp̄i · Quod aliis generatio
nibus non est agnitum filiis hominum · sicuti
nunc reuelatum est scīs apłis eius & pphetis

in spu̅ · ee̅ gentes coheredes & concorporales &
comparticipes p̄missiōis eius in xp̄o ih̄u p euange
lium · cuius factus sum minister secundū
donum gratie di̅ · que data est mihi secundū
operationem uirtutis eius · Mihi aūt oīm scōꝝ
minimo data est gratia hec · in gentibus euan
gelizare inuestigabiles diuitias xp̄i · & illu-
minare omnes que sit dispensatio sacramen
ti absconditi a seculis in dō qui omnia creauit ·
ut innotescat principibus & potestatib;
in celestibus p ecclām multi-formis sapientia
di̅ · secundum prefinitionem seculorum quā
fecit in xp̄o ih̄u dn̄o nr̄o · in quo habemus
fiduciam & accessum in confidentia p fidē
Propter quod peto ne defi- eius ·
ciatis in tribulationibus meis p uobis · que
est gloria uestra ·
Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i · ex quo omnis paterni
tas in celis & in terra nominatur · ut det uob̄
secundum diuitias glorie sue uirtutē corro
borari p sp̄m eius in interiorē hominē · habita

re xp̄m p fidem in cordibus u̅r̅is· in caritate ra
dicati & fundati · ut possitis comprehendere
cum omnibus sc̄is· que sit latitudo & longi
tudo & sublimitas & p fundum · scire etiā
sup eminentem scientię caritatem xp̄i · ut
impleamini in omnem plenitudinem dī ·
Ei autem qui potens ē omnia facere
sup abundanter quam petimus aut intel
ligimus · secundum uirtutem que operatur
in nobis · ipsi gloria in ecc̄lā & in xp̄o ih̄u · et
in omnes generationes seculi sc̄loꝝ · Am̄ · Cm̄ ·
Obsecro itaq; uos fr̄es ego uinctus in dn̄o · ut
digne ambuletis uocatione qua uocati estis ·
cum omni humilitate & mansuetudine · cū
patientia supportantes inuicem in caritate ;
Solicti seruare unitatem sp̄c in uinculo
pacis · Unum corpus & unus sp̄c · sicut uoca
ti estis in una spe uocationis u̅r̅ę ·
Unus dn̄s una fides unum baptisma · Unus
d̄s & pater omnium · qui sup omnes & per
omnia & in omnibus nobis ·
Unicuiq; autem n̄r̄m data est gr̄a · secundū

mensurā fidei donationis xp̄i · Propter quod dicit; Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem · dedit dona hominibus· Quod autem ascendit quid est · nisi quia & descendit primū in inferiores partes terre · Qui descendit ipse ē & qui ascendit sup omnes celos · ut adimpleret omnia · Et ipse dedit quosdam quidem ap̄los · quosdam autem pph̄as · alios uero euang̃tas · alios autem pastores & doctores · ad consummationem sc̄orum in opus ministerii · in edificationem corporis xp̄i · donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii di · in uirum pfectum · in mensuram etatis plenitudinis xp̄i · ut iam non simus paruuli fluctuantes · & circumferamur omni uento doctrine in nequitia hominum · in astutia ad circumuentionem erroris · Veritatem autē facientes in caritate · crescamus in illo p omnia · qui est caput xp̄c · ex quo totum corpus compactum & cōnexum p omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusq; membri ·

augmentum corporis facit in edificationem
sui in caritate.
Hoc igitur dico et testificor in dño. ut iam
non ambuletis sicut et gentes ambulant in
uanitate sensus sui. tenebris obscuratum ha
bentes intellectum. alienati a via di per igno
rantiam que est in illis propter cecitatem cor
dis ipsorum. Qui desperantes semetipsos tra
diderunt impudicitie. in operationem inmun
ditie omnis in auaritia.
Vos autem non ita didicistis xpistum. si tamen
illum audistis et in ipso edocti estis. sicut
est ueritas in ihu. Deponite uos secundum
pristinam conuersationem ueterem hominem.
qui corrumpitur secundum desideria erroris.
Renouamini autem spu mentis urę. et indui
te nouum hominem. qui secundum dm crea
tus est in iusticia et scitate ueritatis. Propter
quod deponentes mendacium loquimini ue
ritatem unusquisque cum proximo suo. quoniam
sumus inuicem membra. Irascimini. et
nolite peccare.

Sol non occidat sup iracundiam uram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur. iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est. ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omis sermo malus ex ore uro non pcedat. sed siquis bonus est. ad edificationem fidei. ut det gram audientibus. Et nolite contristare spm scm di. in quo signati estis in die redep
Omnis amaritudo & -- -- tionis.
ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni misericordes. donantes inuicem. sicut & ds in xpo donauit
Estote ergo imitatores Ev. uobis.
di sicut filii carissimi. & ambulate in dilectione. sicut & xpc dilexit nos. & tradidit semetipsum pnobis oblationem & hostiam do in odorem suauitatis. -- --
Fornicatio autem & omnis inmunditia aut auaritia nec nominetur in uobis. sicut decet scos. aut turpitudo aut stultiloquium. aut

scurrilitas que ad rem non pertinet· sed magis gra
tiarum actio· Hoc autem scitote intelligentes·
quod omnis fornicator aut inmundus aut aua
rus quod est idolorum seruitus· non habet he
reditatem in regno xp̄i & dī·
Nemo uos seducat inanibus uerbis· Propter
hec enim uenit ira dī in filios diffidentie·
Nolite ergo effici participes eorum· Eratis enī
aliquando tenebre· nunc autem lux in dn̄o;
Ut filii lucis ambulate· fructus enim lucis est
in omni bonitate & iusticia & ueritate; pban
tes quid sit beneplacitum dō· Et nolite com
municare operibus infructuosis tenebrarum·
magis autem redarguite· Que enim in oc
culto fiunt ab ipsis· turpe ē & dicere· Omīa
autem que arguuntur a lumine manifes
tantur: Omne enim quod manifestatur: lu
men ē· Propter quod dicit· Surge qui dor
mis· & exurge a mortuis· & illuminabit te xp̄s·
Uidete itaq; frs̄· quomodo
caute ambuletis· non quasi insipientes sed
ut sapientes· redimentes tempus· qm̄ dies

mali sunt· Propterea nolite fieri imprudentes· sed intelligentes que sit uoluntas di· Et nolite inebriari uino in quo est luxuria· sed implemini spu scto· loquentes uobismetipsis in psalmis & ymnis & canticis spiritalibus· cantantes & psallentes in cordibus uris dno· Gratias agentes semp pro omnib; in nomine dni nri ihu xpi dō & patri· subiecti inuicem in timore xpi· Mulieres uiris suis subditę sint sicut dno· qm uir caput ē mulieris· sicut et xpus caput ē ecclesię· Ipse saluator corporis ē· Sed ut ecclesia subiecta est xpo· ita & mulieres uiris suis in omnibus· Viri diligite uxores uras· sicut & xpc dilexit ecclam· Et se ipsum tradidit p ea· ut illam sci ficaret· mundās eā lauacro aquę in uerbo uite· ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclam· non habentem maculā aut rugā aut aliquid eiusmodi· sed ut sit scā & inmaculata· Ita & uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua· Qui suam uxorem diligit· se ipsum diligit· Nemo enim unquam carnē

suam odio habuit · sed nutrit et fouet eam sic
et xpc ecclesiam · quia membra sumus corpo
ris eius · de carne eius et de ossibus eius · Propter
hoc relinquet homo patrem et matrem
et adherebit uxori sue · et erunt duo in car
ne una · Sacramentum hoc magnum est · ego
autem dico in xpo et in ecclesia · Uerumtamen
et uos singuli unusquisque suam uxorem sic
seipsum diligat · uxor autem timeat uirum ·

Filii obedite parentibus uestris in **E vi et ultim.**
domino · hoc enim iustum est · Honora patrem
tuum et matrem tuam · quod est mandatum primum
in promissione · ut bene sit tibi · et sis longeuus
super terram ·

Et uos patres nolite ad iracundiam prouocare fi
lios uestros · sed educate illos in disciplina et
correptione domini ·

Serui obedite dominis carnalibus cum timo
re et tremore in simplicitate cordis uestri sic
xpo · Non ad oculum seruientes quasi homini
bus placentes · sed ut serui xpi facientes uolun
tatem dei ex animo · cum bona uoluntate ser=

uientes sicut dn̄o & non hominibus· scientes quoq;
unusquisq; quodcumq; fecerit bonum hoc per-
cipiet a dn̄o· siue seruus siue liber·
Et uos domini eadem facite illis remittentes
minas· scientes quia & illorum & ur̄ dn̄s ē
in celis· & p̄sonarum acceptio non ē apud dm̄.
De cetero fr̄s confortamini in dn̄o· &
in potentia uirtutis eiꝰ· Induite uos armaturā
dī· ut possitis stare aduersus insidias diaboli·
Quia non est nobis colluctatio aduersus carnē
& sanguinem· sed aduersus principes & potes
tates· aduersus mundi rectores tenebrarum ha
rum· contra sp̄ualia nequitie in celestibus·
Propterea accipite armaturā dī· ut possitis
resistere in die malo· & in omnib; p̄fecti sta
re· State ergo succincti lumbos ur̄os in ueritate·
& induti loricā iusticie· & calciati pedes in p̄parati
one euangl̄ii pacis· In omnib; sumentes scutū fidei·
in quo possitis omnia tela nequissimi ignea
extinguere· Et galeam salutis assumite· &
gladium sp̄c· quod est uerbum dī· Per omnem
orationem & obsecrationem orantes omni tem

pore inspiritu · & inipso uigilantes in omni in
stantia & obsecratione p omnibus scis & p me ·
ut detur mihi sermo in aptione oris mei · cum
fiducia notum facere mysterium euangelii
p quo legatione fungor in hac cathena · ita ut in
ipso audeam p ut oportet me loqui ·
Ut autem & uos sciatis que circa me sunt quid
agam · omnia nota uobis faciet tichicus
carissimus fr · & fidelis minister in dno · Quem
misi aduos in hoc ipsum · ut cognoscatis que
circa nos sunt · & consoletur corda ura · Pax frib; et
caritas cum fide · a do pre nro et dno ihu xpo ·
Gratia cum omnibus qui diligunt dnm nrm ihm
xpm in incorruptione · Amen · Explicit epi
stola bti pauli apostoli ad ephesios ·

Plog in eplaz bti pauli apli ad philippenses ·

Philippis macedonie e ciuitas · in
qua apls p visione que ei osten
sa fuerat sic in actib; aplorz refert.
visio p nocte paulo ostensa e · vir
macedo quidaz erat stans et depcans

eum et dicens · transiēs in macedoniā adjuua
nos · p̄mū euangeliū p̄dicauit · Quo tanta fide su
sceperūt · ut nō solū ipsi crederent · verum eciam quod audie
rant ī alijs p̄dicarent · et feruore sp̄us indumen
ta discipulorum ponentes · suscipent officia ministrorum ·
Quibus congratulatur apl's dicens · Obsecrationem fa
ciens sup communicatione vr̄a in euangelio ·
Horum itaq; cursum fauore suo incitat · et ca
thenas suas dicit ad prouectum euangelij per
tinere · quia dum querentibus reddit causas
vinclorum suorum · xp̄i nescientibus nomen insinu
at · cum vite et voluntati sue vite tempus
profitetur et mortis impendere · dum et annun
ciat fidem eius · et pro fide eius mori nō timet ·
Hortatur quoque philippenses · ut digne in euangelio
xp̄i conuersentur · hoc est ut fidem predicationis
conuersationis bone et operis testimonio prosequantur · nec
metu aduersariorum reducantur ab euangelizandi
studio · inter quorum tenebras faciendo omnia sine mur
murationibus et hesitationibus · debēt vite sue splen
dore radiare · Ammonet et ut caueāt a pseudo
aplis · qui in iniuriā grē custodiendas obseruatio
nes legis veteris p̄dicabant · Congratulatur in fine
oblationibus eorum · nō ob hoc quia ipse aliquid acci
pet · sed quia talibus eos velit fructibus habundare ·

Explicit prologus

Argumentum in eplam ad colossenses

paulı aplı ad philip·

PHILIPPENSES SUNT MACEDONES;

hy accepto uerbo ueritatis pstiterunt
infide· nec receperunt falsos aplos· Hos
apostolus collaudat· scribens eis a roma de carce
per epafroditum· Explicit argumentū·
Incipit epla bti pauli apli ad philippēses· C· j.

PAulus et tymotheus serui
ihesu xpisti· omnibus
scis in xpo ihu qui sunt phi
lippis· cum epis & diaconibus;
Gratia uobis & pax· a dō patre
nro & dno ihu xpo. Grās ago
dō meo in omni memoria uri
semp in cunctis orationibus meis·
p omnibus uobis cum gaudio· depre
cationem faciens sup communicatione
urā ī euangelio xpi a prima die usq; nunc·
confidens hoc ipsum· quia qui cepit in
uobis opus bonum pficiet usq; in die ihu xpi
sicut est mihi iustum hoc sentire
p omnibus uobis· eo quod habeam vos ī cor-
de & in uinculis meis & in defensione et

confirmatione euangelii socios gaudii mei
omnes uos ee. Testis enim mihi e ds. quomo
do cupiam oes uos ee in uisceribus ihu xpi.
Et hoc oro. ut caritas ura magis ac magis
abundet in scientia & in omni sensu.
ut pbetis potiora. ut sitis sinceres & sine of
fensa in die xpi. repleti fructu iusticie
p ihm xpm in glam & laude di.
Scire autem uos uolo frs. quia que circa me
sunt magis ad pfectu p uenerunt euange
lii. ita ut uincula mea manifesta fierent
in xpo in omni pretorio & in ceteris omib;
ut plures e fratribus in dno
confidentes in uinculis meis abundantius
auderent sine timore uerbum di loqui;
Quidam quidem pter inuidia & contenti
onem. quidam autem & pter bonam uo
luntatem xpm predicant. quida excarita
te. scientes qm in defensione euangelii po
situs sum. Quidam aute ex contentione xpm
annuntiant non sincere. existimantes pres
suram se suscitare uinculis meis. Quid enim.

dum omnimodo siue p occasionem siue p ueri
tatem xpc annuntietur. Et in hoc gaudeo. sed
& gaudebo. Scio enim quia hoc mihi pue-
niet ad salutem p uram orationem & submi-
nistrationem spc ihu xpi. secundum expectati
onem & spem meam. quia in nullo confundar.
Sed in omni fiducia sicut semp & nunc mag
nificabitur xpc in corpore meo. siue p uitam
siue p mortem. Mihi enim uiuere xpc
est. & mori lucrum. Quod si uiuere in car
ne hic mihi fructus operis est. & quid eligam
ignoro. Coartor enim e duob; desiderium
habens dissolui & esse cum xpo multo ma-
gis melius. permanere in carne neces
sarium est ppter uos. Et hoc confidens scio
quia manebo & pmanebo omnib; uobis ad
pfectum urm & gaudium fidei. ut gratula
tio ura abundet in xpo ihu in me. p meum
aduentum iterum ad uos. Tantum digne
euangelio xpi conuersamini. ut siue cum ue-
nero & uidero uos siue absens audiam de uo
bis quia statis in uno spu unanimes collabo-
rantes fidei euangelii. & in nullo terreami-

ni ab aduersarus· que est illis causa pditionis·
uobis autem salutis; Et hoc a dō· quia uobis
donatum est p xpo non solum ut in eum cre
datis· sed ut etiam pillo patiamini· idem
certamen habentes qualc & uidistis in me.
& nunc audistis de me. C ii.
Siqua ergo consolatio in xpo· si quod sola
tium caritatis· si qua societas spc· si qua ui
cera miserationis· implete gaudium meum
ut idem sapiatis· eandem caritatem haben
tes· unanimes idipsum sentientes. Nihil p con
tentionem neq: p inanem gloriam· sed in hu
militate superiores sibi inuicem arbitrantes·
non que sua sunt singuli considerantes· sed ea
que aliorum· Hoc enim sentite in uobis·
quod & in xpo ihu· Qui cum in forma di
ee· non rapinam arbitrat' ē eē se equalem
dō· sed semetipsum exinaniuit formam serui
accipiens· in similitudinem hominum factus·
& habitu inuentus ut homo· Humiliauit
semetipsum factus obodiens usq: ad mortem·
mortem autem crucis· Propter quod & ds
exaltauit illum· & donauit illi nomen quod

est sup omne nomen · ut innomine ihu omne
genu flectatur celestium terrestrium & infer
norum · et omnis lingua confiteatur · quia
dns ihc xpc in gloria e di patris ·
Itaq; carissimi mei sicut semp obedistis · non
in presentia mei tantum · sed multo magis
nunc in absentia mea cum metu & tremore
urām salutem operamini · Ds enim ē · qui
operatur in uobis & uelle & pficere p bona
uoluntate · Omnia autem facite sine mur
murationibus & hesitationibus · ut sitis sine
querela & simplices filii di & sine reprehensio
ne · inmedio nationis praue & puerse · int
quos lucetis sicut luminaria inmundo uer
bum uite continentes · ad glām meā in die
xpi · Quia non inuacuum cucurri · neq; in
uacuum laboraui · Sed & si immolor super
sacrificium & obsequium fidei urē · gaudeo
& congratulor omnib; uobis · Idipsum
autem & uos gaudete · & cgratulamini mihi ·
Spero autem in dno ihu xpristo tymotheum
cito me mittere aduos · ut & ego bono ani

mo sim· cognitis que circa vos sunt· Neminem
enim habeo tam unanimem· qui sincera affec
tione pro vobis sollicitus sit· Omnes enim que
sua sunt querunt· non que sunt xpi ihu·
Experimentum eius cognoscite· quoniam
sicut patri filius mecum seruiuit in euange
lio· Hunc ergo spero me mittere ad uos mox
ut uidero que circa me sunt· Confido autem in
domino· quoniam et ipse ueniam ad uos cito·
Necessarium autem existimaui epafroditum
fratrem et cooperatorem et commilitonem
meum· uestrum autem apostolum et ministrum neces
sitatis mee mittere ad uos· quoniam quidem om
nes uos desiderabat et mestus erat propterea
quod audieratis illum infirmatum· Nam et in
firmatus est usque ad mortem· sed deus misertus
est eius· Non solum autem eius· uerum etiam
et mei· ne tristiciam super tristiciam haberem· Fes
tinantius ergo misi illum· ut uiso eo iterum
gaudeatis· et ego sine tristicia sim· Excipi
te itaque illum cum omni gaudio in domino·
et eiusmodi cum honore habetote· quoniam propter

opus xpi usq; ad mortem accessit tradens animã
suam ut impleret id quod ex uobis deerat
erga meum obsequium. Cap. III.

De cetero frs mei gaudete in dño; Eadem uob
scribere mihi quidem non pigrum; uobis
autem necessarium.

Videte canes. uidete malos operarios. uidete
concisionem. Nos ergo sumus circumcisio.
qui spu dõ seruimus & gloriamur in xpo ihu.
& ñ in carne fiduciam habentes. tanqm et
ego habeam confidentiam et in carne.
Siqs aut uidet aliis confidere in carne. ego
magis circumcisus octaua die ex genere
israhel de tribu beniamin. hebreus ex he
breis. secundum legem phariseus. secundũ
emulationem psequens ecclam di. secundũ
iustitiam que in lege est conuersatus sine
querela. Sed que mihi fuerunt lucra. hec
arbitratus sum pp̃ter xpm detrimenta. Ve
runtamen existimo omnia detrimentum
ee; pp̃ter eminentem scientiam ihu xpi
dñi mei. Propt quem omnia detrimentũ

feci & arbitror ut stercora · ut xp̄m lucrifaciā ·
et inueniar in illo non habens meam iustici
am que ex lege est · sed illam que ex fide ē
ih̄u xp̄i · que ex dō est iusticia in fide · ad
cognoscendum illum & uirtutem resurrec-
tionis eius & societatem passionum illius
configuratus morti eius · si quomodo occur=
ram ad resurrectionem que est ex mortuis ·
Non quod iam acceperim · aut iam pfectus
sim · Sequor · āt si quo modo ↄphendaz · in quo
& comprehensus sum a xp̄o ih̄u · fr̄es · ego me
non arbitror comphendisse · Unum autem
que quidem retro sunt obliuiscens · ad ea
uero que sunt priora extendens me ip
sum · ad destinatum psequor · ad brauium
supne uocationis dī in xp̄o ih̄u · Quicumq; g
pfecti sum9 · hoc sentiamus · Et si quid aliter
sapitis · & hoc uobis dš reuelauit · uerumtam̄
ad qd̄ puenimus · ut idem sapia
mus · & in eadem pmaneamus regula ·
Imitatores mei estote fr̄s · & obseruate eos
qui ita ambulant · sicut habetis formam

nrām · Multi enim ambulant · quos sepe
dicebam uobis · nunc autem et flens di
co inimicos crucis xpi · quorum finis interi
tus · quorum ds uenter est et gloria in con
fusione ipsorum · qui terrena sapiunt ·
Nrā autem conuersatio in celis ē · Unde etiā
saluatorem expectamus dnm nrm ihm
xpm · qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis sue ·
secundum operationem qua possit etiam sibi ce
taq; frēs mei carissi Cm̄ et ultimū · Et sibi oīa
et desiderantissimi · gaudiū meū et corona mea ·
sic state in dno carissimi · Euchodiā rogo et
sinthicen deprecor · idipsum sapere in dno ·
Etiam rogo et te germane compar · adiuua
illas que mecum laborauerunt in euangelio
cum clemente et ceteris adiutoribus meis ·
quorum nomina sunt in libro uite ·
Gaudete in dno semp · iterum dico gaudete ·
Modestia uā nota sit omnib; hominib; ·
Dominus ppe est · Nihil solliciti sitis · sed in
omni oratione et obsecratione · cum gratiarum=

ac tione peticiones uestre innotescant apud
dominum. Et pax dei que exsuperat omnem
sensum. custodiat corda uestra et intelligen-
tias uestras in christo ihesu.

De cetero fratres quecumque sunt uera quecumque
pudica. quecumque iusta quecumque sancta.
quecumque amabilia quecumque bone fame.
si qua uirtus si qua laus discipline. hec
cogitate. que et didicistis et accepistis et au-
distis et uidistis in me. hec agite. et deus pa-
cis erit uobiscum.

Gauisus sum autem in domino uehementer. quoniam
tandem aliquando refloruistis pro me senti-
re. sicut et sentiebatis.

Occupati autem eratis. Non quasi propter pe-
nuriam dico. Ego enim didici in quibus
sum sufficiens esse. Scio et humiliari. scio et a-
bundare. Ubique et in omnibus institutus sum.
et saciari et esurire et abundare et penuriam pati. Om-
nia possum in eo qui me confortat. Ueruntamen
men uos benefecistis. communicantes tribula-
tioni mee.

Scitis autem & uos philippenses. quod inprin
cipio euangelii quando profectus sum amace
donia. nulla mihi ecclesia communicauit
inratione dati & accepti nisi uos soli. quia
& thessalonicam semel & bis inusum mihi
misistis. Non quia quero datum. sed requiro
fructum abundantem in rationem urã. Ha
beo autem omnia & abundo. Repletus sum
acceptis ab epafrodito que misistis odorem
suauitatis. hostiam acceptã placentem deo.
Deus autem meus impleat omne desi
derium urm secundum diuitias suas in glo
ria in xp̄o ih̄u. Deo autem & patri nr̄o glã
insecula seculorum amen. Salutate omnem
scm̄ in xp̄o ih̄u. Salutant uos qui mecum
sunt fr̄s. Salutant uos om̄s sci.
maxime autem qui de cesaris domo sunt.
Gratia dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i cum sp̄u ur̄o. Am̄.

Explicit epl̄a b̄ti pauli apl̄i ad philippenses.

Argumē
tum in epi
stolam pri
mam beati pauli apl̄i ad thessalonicenses.

Thessalonicenses sunt macedones in xpristo ihu. Qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide etiam in persecutione civium suorum. Propterea nec receperunt falsos apostolos. nec ea que a falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus. scribens eis ab athenis per tithicum dyaconum et onesimum acolitum.

Explicit argumentum.

Incipit epistola prima beati pauli apostoli ad thessalonicenses

rad

Caplm̄ pmū.

Paulus et siluanus et
tymotheus · ecclesie
thessalonicensium in dō pa
tre — & dn̄o ihu xp̄o ·
Gratia uobis & pax · Gratias
agimus dō semp̄ p omnibus
uobis · memoriam ur̄i facientes
in orationibus nr̄is sine intermis
sione · memores operis fidei ur̄e &
laboris & caritatis · & sustinentie spei
dn̄i nr̄i ihu xp̄i · ante deum & patrē nr̄m ·
Scientes fr̄s dilecti a dō electionem ur̄am ·
quia euangelium nr̄m non fuit ad uos in
sermone tantum · sed in uirtute & in spū
sc̄o & in plenitudine multa · sicut scitis
quales fuerimus in uobis ppter uos · Et uos
imitatores nr̄i facti estis & dn̄i · excipientes
uerbum in tribulatione multa cum gau
dio spc̄ sc̄i · ita ut facti sitis forma omnib;
credentibus in macedonia & in achaia ·
A uobis enim diffamatus est sermo dn̄i

non solum in macedonia & in achaia · sed in
omni loco fides u͞ra que ē ad deum ꝑfecta ē·
ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui·
Ipsi enim de uobis annuntiant qualem
introitum habuerimus ad uos· et quomo-
do conuersi estis ad d͞m a simulacris serui
re d͞o uiuo & uero · & expectare filium ei᷒
de celis quem suscitauit ex mortuis ih͞m ·
qui eripuit nos ab ira uentura · Cn·
Nam ipsi scitis fr͞s introitum n͞rm ad uos·
quia non inanis fuit · sed ante passi
& contumeliis affecti sicut scitis in phi
lippis · fiduciam habuimus in d͞no n͞ro
loqui ad uos euangelium d͞i in multa sol
licitudine:
Exhortatio enim n͞ra non de errore neq;
de inmunditia neq; in dolo · sed sicut ꝓ
bati sumus a d͞o ut crederetur nobis euan
gelium ita loquimur · non quasi homini
bus placentes · sed d͞o qui ꝓbat corda n͞ra ·
Neq; enim aliquando fuimus in
sermone adulationis · sicut scitis · neq;

in occasione auaritie, ds̄ testis est. neq; querentes ab hominibus gloriam neq; a uobis neq; ab aliis. cum possem⁹ oneri ee ut xp̄i ap̄li. sed facti sumus paruuli in medio urm̄. tanquam si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes uos cupide. uolebamus tradere uobis non solū at̄ euangeliū dī, sed etiam animas nr̄as. quoꝫ carissimi nobis facti estis. Memores enim estis frs̄ laboris nostri et fatigationis. nocte ac die operantes ne quem urm̄ grauaremus. predicauimus in uobis euangelium dī. Vos testes estis et ds̄. quam sc̄e et iuste et sine querela uobis qui credidistis fuimus. sicut scitis qualiter unumquemq; urm̄ tanquam pater filios suos deprecantes uos et consolantes testificati sumus. ut ambularetis digne dō. qui uocauit uos in suum regnum et gloriā. Ideo et nos grās agimus dō sine intermissione. quoꝫ cum accepissetis a nobis uerbū auditus dī. accepistis illud non ut uerbū hominū sed sicut est uere uerbū dei. qui operatur

in uobis qui credidistis.
Vos enim imitatores facti estis frs ecclarum
di que sunt in iudea in xpo ihu. quia
eadem passi estis & uos a contribulibus uris.
sic et ipsi a iudeis. Qui et dnm occidert
ihm & pphetas. & nos psecuti sunt. & do
non placent. & omnibus hominibus ad
uersantur. prohibentes nos gentibus lo
qui ut salui fiant. ut impleant peccata sua
semp. Preuenit enim ira di sup illos usq; in finem.
Nos autem frs desolati
a uobis ad tempus hore aspectu non corde.
abundantius festinauimus faciem uram ui
dere cum multo desiderio. qm quitez uoluim
uenire ad uos ego quidem paulus & semel &
iterum. sed impediuit nos sathanas. Que est
enim nra spes. aut gaudium aut corona glie.
Nonne uos ante dnm nrm ihm xpm estis i aduen
tu eius. Vos enim estis gla nra & gaudium.

Propter quod non sustinentes amplius Ш.
placuit nobis athenis remanere solis. et mi
simus timotheum fratrem nrm & ministrum
di in euangelio xpi. ad confirmandos uos &

exhortandos pro fide uestra · ut nemo moueatur in tribulationibus istis · Ipsi enim scitis · quod in hoc positi sumus · Nam et cum apud uos esse mus · predicebamus uobis passuros uos tri bulationes · sicut et factum est et scitis ·

Propterea et ego amplius non sustinens mi si ad cognoscendam fidem uestram · ne forte temptauerit uos is qui temptat · et inanis fiat labor noster ·

Nunc autem ueniente timotheo ad nos a uobis · et annuntiante nobis fidem et cari tatem uestram · et quia memoriam nostri habe tis bonam · semper desiderantes nos uidere si cut et nos quoque uos · ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate et tribulatione nostra per uestram fidem · quoniam nunc uiuimus · si uos

Quam enim gratiarum — — statis in domino · actionem possimus deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante dominum nostrum ·

Nocte ac die abundantius orantes ut uideam*us* faciem uestram · et compleamus ea que desunt fidei uestre · Ipse autem deus et pater noster et dominus

ihesus xpc. dirigat uiam nram aduos; Vos
autem dns multiplicet. & abundare faciat
caritate ininuicem & in omnes quemadmo-
dum & nos in uobis. ad confirmanda corda
ura sine querela in sctitate ante dm & pa
trem nrm. in aduentu dni nri ihu xpi
cum omnibus scis ei. Amen. C IIII.

De cetero ergo frs rogamus uos & obsecram
in dno ihu. ut quemadmodum accepistis
a nobis quomodo uos oporteat ambulare
& placere do sic & ambuletis. ut abun
detis magis; Scitis enim. que precepta
dederim uobis p dnm ihm.
Hec est enim uoluntas di scificatio ura.
Vt abstineatis uos a fornicatione. ut sci
at unusquisq; urm suum uas possidere in
scificatione & honore. non in passione de
siderii. sicut & gentes que ignorant dm.
Et nequis sup gradiatur neq; circumueni-
at in negotio frem suum. qm uindex
est dns de his omnibus. sicut p dixımus uo
bis & testificati sumus. Non enim uoca-

cauit nos ds̄ in inmunditiam. sed in scificatione. Itaq; qui hec spernit. non hominē spernit sed dm̄. qui & iam dedit spm̄ suū scm̄ in nobis.
De caritate autem fraternitatis nō necesse habuimus scribere uobis. Ipsi enim uos a dō didicistis ut diligatis inuicem; Etenim facitis illud in omnes frs̄ in uniuersa macedonia.
Rogamus autem uos frs̄ ut abundetis magis. & operam detis ut quieti sitis. & ut urm̄ negotium agatis. & operemini manib; uris̄ sicut precepimus uobis. & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. & nullius aliquid desideretis.
Nolumus autem uos ignorare frs̄ de dormientibus ut non contristemini. sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod ihc mortuus ē & resurrexit. ita & ds̄ eos qui dormierunt p ihm adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo dn̄i. quia nos qui uiuimus qui residui sumus in aduentu dn̄i non preueniemus eos qui dormierunt.

Qm̄ ipse dn̄s in iussu & in uoce archangeli & in tuba dī descendet de celo · & mortui qui in xp̄o sunt resurgent primi · Deinde nos qui uiuimus qui relinquimur · simul rapiemur cum illis in nubib; obuiam xp̄o in aera · & sic semp cum dn̄o erimus · Itaq; consolamini inuicem in uerbis istis · C v et ultimū ·

De temporibus autem & momentis fr̄s · nō indigetis ut scribamus uobis · Ipsi enim diligenter scitis · quia dies dn̄i sicut fur in nocte ita ueniet ; Cum enim dixerint pax & securitas · tunc eis repentinꝰ sup ueniet interitus sicut dolor in utero habentis · et non effugient ·

Vos autem fr̄s non estis in tenebris · ut uos dies illa tanquam fur comphendat · Oms enim uos filii lucis estis & filii diei · Non estis noctis neq; tenebrarum ·

Igitur non dormiamus sicut & ceteri · sed uigilemus & sobrii simus · Qui enim dormiunt nocte dormiunt · & qui ebrii sunt nocte ebrii sunt · Nos autem qui diei sumus

sobrii simus· induti loricam fidei & carita
tis & galeam spem salutis· Qm non posu
it nos ds in iram· sed in acquisitionem salu
tis p dnm nrm ihm xpm· qui mortuus ē
p nobis· ut siue uigilemus siue dormiamus
simul cum illo uiuamus; Propt quod con
solamini inuicem & edificate alterutrum·
sicut & facitis·

Rogamus autem uos frs· ut noueritis eos
qui laborant inter uos & presunt uobis
in dno & monent uos· ut habeatis illos ha
bundantius in caritate ppter opus illorum·
Pacem habete cum eis; Rogamus autem
uos frs· corripite inquietos· consolamini pu
sillanimes· suscipite infirmos· patientes esto
te ad omnes; Uidete ne quis malu p malo
reddat alicui· sed semp quod bonum est secta
mini in inuicem & in omnes· Semp gau
dete· sine intermissione orate· in omnibus
gratias agite· Hec enim uoluntas dei ē
in xpo ihu in omnibus uobis·

Spm nolite extinguere· pphetias nolite

spernere; Omnia autem pbate. quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem d̄s pacis sc̄ificet vos p omīa: et integer sp̄c u̅r anima et corpus. sine querela in adventu dn̄i nr̄i ihu xpi servetur. Fidelis est qui vocavit vos. qui etiam faciet. Fr̄es orate p nob. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos p dn̄m. ut legatur ep̄la hec omnibus sc̄is fratribus. Gratia dn̄i nr̄i ihu xpristi cum omībus vobis. Amen.

Explicit ep̄la p̄ma b̄ti pauli ap̄li ad thessal.

Argumentū in eplā3 scdā3 bti pauli apli ad thessalo.

Ad thessalonicenses secundam scribit
epistolam apostolus. et notum facit
eis de temporibus nouissimis. et
de aduersarij delectione. Scribit hanc
eplā3 ab atheīs p titicum et onesimū. Explic[it]
ar-gumētū. Incip[it] eplā scdā bti pauli
apli ad thessalonicēses. Cap[itulu]m.

Paulus et siluanus et ty
motheus. ecclesie
thessalonicensium in dō pa
tre nrō & dn̄o nrō ihū xp̄o.
Gratia uobis & pax a dō pa
tre nrō. & dn̄o ihū xp̄o. Grās
agere debemus dō semp p uo
bis fratres ita ut dignum est. quōz
sup crescit fides urā & abundat ca
ritas uniuscuiusq; omnium urm̄ inui
cem. ita ut & nos ipsi in uobis gloriemur
in ecclesiis dī. p patientia urā & fide in om

mbus psecutionibus uris & tribulationib:
quas sustinetis in exemplum iusti iudicii
di. ut digni habeamini in regno di. p quo &
patimini. Si tamen iustum e apud dm re-
tribuere tribulationem his qui uos tribu-
lant. & uobis qui tribulamini requiem no-
biscum. in reuelatione dni nri ihu xpi de celo cu
angelis uirtutis ei. in flama ignis dantis
uindictam his qui non nouerunt dm.
& qui non obediunt euangelio dni nri
ihu xpi. Qui penas dabunt in interitu e-
ternas a facie dni & a gloria uirtutis eius.
cum uenerit glorificari in scis suis. & am-
mirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.
quia creditum est testimonium nrm sup
uos in die illo. In quo etiam oramus sp pro uo-
bis. ut dignetur uos uocare uocatione sua ds nr. et
impleat omnem uoluntatem bonitatis et
opus fidei in uirtute. ut clarificetur nom
dni nri ihu xpi in uobis & uos in illo. secun
dum gram di nri & dni ihu xpi. C. II.
Rogamus autem uos frs p aduentum dni

nrī ihū xpī & nr̄e congregationis in ipsum·
ut non cito moueamini a uro sensu· neq; ter
reamini neq; p spm̄ neq; p sermonem· neq;
p epistolam tan-quam p nos missam· quasi
instet dies dn̄i· Nequis uos seducat ullo mo
do; Qm̄ nisi uenerit discessio primum· & re
uelatus fuerit homo peccati filius pditionis·
qui aduersatur & extollitur sup omne qd̄
dicitur ds̄ aut quod colitur· ita ut in tem
plo di sedeat ostendens se tan-quam sit ds̄·
Non retinetis quod cum adhuc essem apud
uos hec dicebam uobis· Et nunc quid de
tineat scitis· ut reueletur in suo tempore;
Nam mysterium iam operatur iniquitatis·
Tantum ut qui tenet nunc teneat donec de
medio fiat· Et tunc reuelabitur ille iniqus·
quem dn̄s ihc interficiet spū oris sui· &
destruet illustratione aduentus sui eum·
cuius est aduentus secundum operationem
sathane in omni ůtute et signis & pdigiis
mendacibus· & in omni seductione iniqui
tatis his qui pereunt· eo quod caritatem ue

ritatis non receperunt ut salui fierent· Ideo
mittit illis ds operationem erroris ut cre
dant mendatio· et iudicentur omnes qui
non crediderunt ueritati· sed consenserunt ini
Nos autem debemus gras ——— quitati·
agere dō semp pro uobis frs dilecti a dō· qd
elegerit nos ds primitias in salutem in sci
ficatione spc & fide ueritatis· in qua & uo
cauit uos p euangelium nrm in acquisitio
nem glorie dni nri ihu xpi· ——— ———
Itaq; frs state· & tenete traditiones quas di
dicistis· siue p sermonem siue p eplam nram;
Ipse autem dns nr ihc xpc & ds & pater
nr· qui dilexit nos & dedit consolationem
eterna & spem bonam in gra· exhortetur cor
da ura· & confirmet in omni opere & sermone bono·
De cetero frs orate p nobis· Cm et ulti M.
ut sermo dni currat & clarificetur sicut
& apud uos· et ut liberemur ab inportunis &
malis hominibus· Non enim omnium ē fides·
Fidelis autem de9 est· qui confirmabit ———
uos & custodiet a malo· Confidimus autē frēs

de uobis in dn̄o · qm̄ ea q̄ precipimus & faci
tis & facietis · Dn̄s autem dirigat corda ur̄a in
caritate dī & patientia xp̄i ·

Denuntiamus autem uobis fr̄s in nomine dn̄i
nr̄i ih̄u xp̄i · ut subtrahatis uos ab omni fra
tre ambulante inordinate · & non secundū
traditionem quam acceperunt a nobis · Ipsi
enim scitis quemadmodum oporteat imitari
nos · Qm̄ non inquieti fuimus inter uos · neq;
gratis panem manducauimus ab aliquo · sed
in labore & fatigatione · nocte & die operan
tes · ne quem ur̄m grauaremus · non quasi nō
habuerimus potestatem · sed ut nosmetipsos
formam daremus uobis ad imitandum nos ;
Nam & cum eēmus apud uos hoc denunti
abamus uobis · qm̄ siquis non uult opera
ri · nec manducet ·

Audiuimus enim inter uos quosdā am
bulare inquiete · nihil operantes · sed cu
riose agentes · His autem qui eiusmodi sunt
denuntiamus & obsecramus in dn̄o ih̄u xp̄o ·
ut cum silentio operantes suū panē man-
ducent ·

Vos autem frs nolite deficere benefacientes. Quod siquis non obedierit verbo nro per eplam hunc notate et ne commisceamini cum illo ut con fundatur. Et nolite quasi inimicum estimare il lum sed corripite ut fratrem; Ipse autem ds pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco; Dns cum omnib; vobis. Salutatio mea manu pauli. quod est signum in omni epla. ita scribo. Gratia dni nri ihu xpi cum om nibus vobis. Amen. Explicit epla secunda beati pauli apli ad thessalonicenses.

Prologus in eplam beati pauli aposto li ad colosenses.

Prima apud colosenses epaphre verbo fidei iactata sunt funda menta. ut testis e ipse apls di cens. Sic didicistis ab epaphra ca

ristio ꝯſuo nr̄o. Hys g̃o ſciens mg̃r gentiū. velut ſurgētī fabrice manū ſuꝑedificationis admonet. Et incipiens a laude fidei quā dilectiōis opibus comꝓbat. ꝯſūmatiōꝫ eoꝝ tam votis qm̄ adhortatione ꝓſequit̄. Et vnū qđ admodū eis eſt neceſſarium. optat ut impleant̄ agnitione voluntatis dei. ex qua velut fonte ad oīm v̄tutū nutrienda ſemina. ſapīe intellc̄t9 ſpūalis poſſit habundanti9 riuos influere. cui9 hauſtu de ariditate gentiliū in irriguo q̄ſi viua plantaria collocati ſ. Iubet itaqꝫ eos agē grās pr̄i. q eripuit eos de poteſtate tenebraꝝ. et tranſtulit in regnum filij dilectiōis ſue. ut ad ꝑfectum eoꝝ ꝓficiat beneficij mēoria. ad c̄te non emulent̄. vnde ſe ꝗtulant̄ ereptos ī rg̃nū filij dilectiōis ſue. Et quis ſit hic fili9 docet. in q et deitatis ꝑ ymaginē dei et humanitatis dicendo ꝑmogenit9 oīs creature. voluit indicare ſbam. Nam oīa ꝑ ipm̄ et in ipō creata ſ. ſoli deo competit. ꝑmogenit9 vo cum dicit̄ ex mortuis homo verus oſtenditur. Et deo pacificauit q̄ in celis ſ et que in terra. qꝛ utriuſqꝫ elemēti eſt inhabitatoꝛ et dn̄s. et ut angelicas v̄tutes humilitatē exemplo ſuo. ita hoīes docuit ſanctitatē. Quoꝝ oīm deo ſe dicit facē mentionē. ne obliti tantoꝝ bn̄ficioꝝ illiciant̄ a terena ſapīa. et magiſteria humana ſectent̄. id eſt ad phyloſophoꝝ capiant ſubtilitatib9. ad iudaicis obſeruationibus implicentur. Explicit prologus.

Argumentum in epl'am b'ti pauli apl'i ad colosenses.

Colosenses et hij sic laodicenses sunt asiani. et ipsi preuenti erant a pseudo apl'is. Nec ad hos ipse accessit apl'us. s'z et hos p' epl'am corrigit. Audierant enim v'bum ab archyppo. qui et ministeriu' in eos accepit. Ergo apl's iam ligat'. scribit eis ab epheso p' tichicum dyaconum et onesimu' acolitum. Explicit argumentum.

Incipit epl'a b'ti pauli apl'i ad colosenses. Capl'm i^m.

Paulus apostolus xp'i ihesu per voluntatem dei. et timotheus frater. his qui sunt colosis s'cis et fidelibus fratribus in xp'o ih'u. Gratia uobis

et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias agim⁹ deo

& patri dn̄i nr̄i ihu xpi semp. p uobis oran
tes. audientes fidem ur̄am in xpo ihu &
dilectionem quam habetis in omnes scōs. ppt̄
spem que reposita ē uobis in celis. quam au
distis in uerbo ueritatis euangelii quod pue
nit ad uos. sicut & in uniuerso mundo est &
fructificat & crescit sicut in uobis. ex ea die
qua audistis & cognouistis gram̄ di in ueri
tate. sicut didicistis ab epaphra carissimo con
seruo nr̄o. qui est fidelis p uobis minister xpi
ihu. qui etiam manifestauit nobis dilectio
nem ur̄am in spu.

Ideo & nos ex qua die audiuimus non cessa
mus p uobis orantes & postulantes. ut im
pleamini agnitione uoluntatis eius in omi
sapientia & intellectu spiritali. ut ambule
tis digne deo p omnia placentes. in omni
opere bono fructificantes & crescentes in sci
entia di. in omni uirtute confortati secun
dum potentiam claritatis ei⁹. in omni pati
entia & longanimitate cum gaudio.

gratias agentes deo patri qui dignos nos fecit in partem sanctorum sortis in lumine. qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis sue. in quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum. qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creature. quia in ipso condita sunt uniuersa in celis et in terra. uisibilia et inuisibilia. siue throni siue dominationes. siue principatus siue potestates. Omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes. et omnia in ipso constant. et ipse est caput corporis ecclesie. Qui est principium primogenitus ex mortuis. ut sit in omnibus ipse primatum tenens. quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare et per eum reconciliari omnia. in ipso pacificans per sanguinem crucis eius siue que in celis siue que in terris sunt.

Et uos cum essetis aliquando alienati et inimici sensu in operibus malis. Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem ipsius

exhibere uos scos & inmaculatos & irrepre
hensibiles coram ipso. si tamen p manetis in
fide fundati & stabiles & immobiles a spe
euangelii quod audistis. quod predicatum
est in uniuersa creatura que sub celo est.
cuius factus sum ego paul9 minister. qui
nunc gaudeo in passionibus p uobis. & ad
impleo ea que desunt passionum xpi in
carne mea. p corpore eius quod est eccla.
Cuius factus sum ego minister secundum
dispensationem di que data e mihi in uo
bis. ut impleam uerbum dei misterium
quod absconditum fuit a seculis & genera
tionibus. nunc autem manifestatum e scis
eius. quibus uoluit ds notas facere diui
tias glorie sacramenti huius in gentib9.
quod est xpc in uobis spes glorie. quem
nos annuntiamus corripientes omne ho
mine. & docentes omem homine in omni sapientia.
ut exhibeam9 omem homine pfectu in xpo ihu.
in quo & laboro certando scdm operatione ei9.
quam operatur in me in uirtute. CII.
Volo enim uos scire qualem sollicitudi

nem habeam pro uobis & pro his qui sunt laodi
ciae & quicumque non uiderunt faciem meā
in carne· ut consolentur corda ipsorum· in
structi in caritate & in omnes diuitias ple
nitudinis intellectus· in agnitionem myste
rii dei patris & xpi ihu· in quo sunt omnes the
zauri sapientiae & scientiae absconditi·
Hoc autem dico· ut nemo uos decipiat in sub
limitate sermonum· Nam & si corpore ab
sens sum· sed spu uobiscum sum· gaudens
& uidens ordinem urm· & firmamentum
eius quę in xpisto est fitei uestre ·
Sicut ergo accepistis xpm ihm dnm nrm in ip
so ambulate· radicati & superędificati in ip
so et confirmati in fide· sicut & didicistis· a
bundantes in graciarum actione ·
Videte ne quis uos decipiat per philosophiā
& inanem fallaciā· secundum traditionem
hominum· secundū elementa mundi & non
secundum xpm· quia in ipso habitat omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter· Et estis
in illo repleti· qui ē caput omnis principa

tus & potestatis. In quo & circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis. s; i circumcisione xpi. consepulti ei in baptismo. In quo & resurrexistis p fidem operationis di. qui suscitauit illum a mortuis.

Et uos cum mortui essetis in delictis & pputio carnis ure. conuiuificauit uos cu illo. donans uobis omnia delicta. delens quod aduersum nos erat cyrografum decreti quod erat contrarium nobis. & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. Expolians principatus & potestates tra-duxit confidenter palam. triumphans illos in semetipso.

Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomenie aut sabbatorum. que sunt umbra futurorum. corpus autem xpisti.

Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione angelorum que non uidit. ambulans frustra. inflatus sensu carnis sue. & non tenens caput. ex quo totum corpus p nexus

& coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dī; Si ergo mortui estis cum xp̄o ab elementis hui⁹ mundi · quid adhuc tamquam uiuentes in mundo decernitis · Ne tetigeritis neq; gustaueritis neq; contrectaueritis · Que sunt omnia in interitu ipso usu · secundum precepta & doctrinas hominū · Que sunt rationem quidem habentia sapientie in superstitione & humilitate · & non ad parcendum corpori · non in honore aliquo ad saturitatē carnis · Cap. I Igitur si consurrexistis cum xp̄o · que sursum sunt querite ubi xp̄c est in dextera dī sedens · que sursum sunt sapite · non que sup terram ·

Mortui enim estis · & uita uīa abscondita ē cum xp̄o in dō · Cū autē xp̄c apparuerit uita uīa · tunc & uos apparebitis cum ipso in glā · Mortificate ergo membra uīa que sunt sup terram · fornicationem inmundiciam · libidinem concupiscentiā malam · & auariciā que est simulachrorū seruitus · Propter que uenit ira dī sup filios incredulitatis · in quib⁹

Ad

et uos ambulastis aliquando· cum uiueretis in illis·
Nunc autem deponite et uos
omnia· iram indignationem malitiam blas
phemiam· turpem sermonem de ore uestro·
; Nolite mentiri inuicem· expolian
tes uos ueterem hominem cum actibus eius et
induentes nouum eum qui renouatur in ag
nitionem dei· secundum imaginem eius qui creavit
eum· Ubi non est masculus et femina· gentilis et iudeus
circumcisio et preputium· barbarus et scytha·
seruus et liber· sed omnia et in omnibus christus·
Induite vos ergo sicut electi dei sancti et
dilecti uiscera misericordie· benignitatem
humilitatem modestiam patientiam· suppor
tantes inuicem· et donantes uobismetipsis·
si quis aduersus aliquem habet querelam· Sicut
et dominus donauit uobis· ita et uos·
Super omnia autem hec caritatem habete·
quod est uinculum perfectionis· Et pax christi
exultet in cordibus uestris· in qua et vos vocati
estis in uno corpore· et grati estote· Verbum autem
christi habitet in uobis abundanter in omni

sapientia. docentes & commonentes uosmetipsos in
psalmis & ymnis et canticis spiritalibus. in gratia
cantantes in cordibus uestris deo. Omne quodcumque
facitis in uerbo aut in opere. omnia in nomine
domini nostri ihesu christi. gratias agentes deo & patri per ipsum.
Mulieres subdite estote uiris sicut opor
tet in domino;
Viri diligite uxores uestras. & nolite amari esse ad illas.
Filii obedite parentibus per omnia.
Hoc enim placitum est in domino.
Patres nolite ad indignationem prouocare filios
uestros. ut non pusillo animo fiant.
Serui obedite per omnia dominis uestris carnalibus.
non ad oculum seruientes quasi hominibus
placentes. sed in simplicitate cordis timentes deum.
Quodcumque facitis ex animo operamini. sicut
domino & non hominibus. scientes quod a domino ac
cipietis retributionem hereditatis. Domino christo
seruite. Qui enim iniuriam facit. recipiet id
quod inique gessit. & non est personarum ac
ceptio apud deum.
Domini quod iustum est & equum seruis prestate.

scientes quod & uos dominum habetis in celo · Ceterum

Orationi instate uigilantes in ea in gratiarum actione ·
Orantes simul et pro nobis · ut deus aperiat nobis
ostium sermonis ad loquendum mysterium
christi · propter quod etiam uinctus sum · ut mani-
festem illud ita ut oportet me loqui ·

In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt ·
tempus redimentes · Sermo uester semper in gratia
sale sit conditus · ut sciatis quomodo oporte-
at uos unicuique respondere ·

Que circa me sunt omnia uobis nota faciet
tithicus carissimus frater & minister fidelis &
conseruus in domino · Quem misi ad uos ad hoc
ipsum · ut cognoscat que circa uos sunt · & con-
soletur corda uestra · cum onesimo carissimo &
fideli fratre · qui est ex uobis · Omnia que hic a-
guntur · nota faciet uobis ·

Salutat uos aristarcus concaptiuus meus ·
& marcus consobrinus barnabe de quo ac-
cepistis mandata · si uenerit ad uos excipi-
te illum · & iesus qui dicitur iustus · qui sunt
ex circumcisione · Hi soli sunt adiutores mei

in regno di · qui mihi fuerunt solatio .
Salutat uos epaphras qui exuobis est seruus
ihu xpi . semp sollicitus, puobis inorationi
bus . ut sitis pfecti & pleni in omni uolunta
te di · Testimonium illi phibeo quod
habet multum laborem, puobis · & phis qui
sunt laoditie . & qui ierapoli .
Salutat uos lucas medicus carissimus & demas .
Salutate fratres qui sunt laodicie .
& nimpham . & que in domo ei est ecclesiā .
Et cum lecta fuerit apud uos hec epistola .
facite ut & in laodicensium ecclā legatur .
ut ea que laodicensium ē uob legatur Et dici
te archippo . Vide ministerium quod acce
pisti indno . ut illud impleas · Salutatio mea
manu pauli · Memores estote uinculorum
meorū · Gratia dni ihu xpi uobiscū · Amē.

Expl̄ epla bti pauli apli ad colosenses .
Incipit epla bti pauli apli ad laodicenses . Caplm

Paulus apls nō ab hoīb neqz p hoīez s; p ihm xpz . frīb q s laodicie . Grā vob 1 pax a deo pr̄e et dno ihu xpo . Grās ago xpo p oēz orōz meā . q pmanentes estis in eo . et pseuerantes estis in opib bonis . promissū expectātes ī die iudicij . Neqz desti

Nota hec epla non habetur in canone .

tuāt vos qͥdaꝫ vaniloquia · insinuantiū ut vos auītāt a vītate euangelij · qđ a me ꝑdicat᷑ · Et nūc faciet ds ut q̄ s̄ ex me · ad ꝑuectum vitatis euangelij deserui̅e̅ tes · et facientes benignitatē opū · que salutis vite eīe̅ · Et nūc palam s̄ vincula mea q̄b̄ paciox ī x̄ · qb̄ letor et gaudeo · Et hoc m̄ ē ad salutē ꝑpetuā q̄ ipm fit̄n orōnib᷒ vr̄is · et administrante spū sancto · siue p vitā siue p mortē · Est eñi m̄ vā vita in x̄ · et mori gaudium · Et inidipm in vob̄ faciet mīaꝫ suā · ut eānde̅ dilectiōꝫ habeatis · et sitis vnanimes · Ergo dilectissimi · ut audistis ꝑsentiā mei ita retinete et facite in timore dei · et erit vita vobis in etnm̄ · Est eñi ds qui opat᷑ in vob̄ · Et facite sine retractu · quecūqꝫ facitis · Et qđ ē optimū dilectissi̅ gaudete in x̄ · et precauete sordidos in luto · Omnes sint petitiones vr̄e palam apud deum · et estote firmi in sensu xp̄i · Et q̄ integra et vera et pudica et iusta et amabilia facite · et que audistis et accepistis in corde retinete · et erit vob̄ pax · Grā domini nr̄i ihu xp̄i cum spū vr̄o · Amen · Et facite legi colosensib᷒ et colosensiū vobis · Explicit epistola bt̄i pauli apl̄i ad laodicenses.

Prolog in epl̄am pmā bt̄i pauli apl̄i ad tymotheū.

Qve proficiscens in macedoniaꝫ apl̄s tymotheo apud ephesium agenda mandauerat · ne paruī ponderis sermone proficisce̅

tis tradita habē videntur. scripto repetuntur. ideo est
ut p̄dicatores obseruationum legalium. q̄ documē
tum peritie sue credebant eē signationum anti
quarum gradus. et seriem priscorum hōim decantare.
interdicto cohibet p̄nti. cum p caritate et bona
ɔscientia et fidem nō fictā velut in compendiū
redacta mandatorum multiplicatio fugaret. et pre
dicatio fidei ruinā legis p̄fitet. q̄ iustis nō erat
p̄sita. quorum voluntaria deuotio p̄ueniebat iuf
sione. ab iniustis nō impetrabat obsequium.
et ita erat apud vtrāqȝ p̄tem ociosa. cuius tñ in
tentiōȝ xp̄i aduentus impleuit. q̄ peccatores venit sal
uos facere. Quod libentibus animis ab hijs audiri
debȝ. q̄ languoris ɔsciū curatoris indiget. Instituit p
hoc nouū ep̄m ecclesiasticis disciplinis. et q̄ sint
in ordinationibus q̄renda describit. Recessuros
quosdam a fide ultimis t̄pibus et in manichei
blasfemias dilapsuros. sp̄u reuelante denūciat.
Precipit ut det operam lectioni. cuius instructiōe
et ipsi audientes profectum capiant sanctitatis.

Explicit prologus.

Argumentū in ep̄lam primā b̄ti pauli ap̄li ad tymotheū.

Tymotheū instruit et docet de ordinatione
episcopatus et dyaconij et omnis ecclesia
stice discipline. scribens a laodicia.

Explicit argumentum

Incipit epl̄a p̄ma b̄ti pauli apostoli ad tymotheum. Capl̄z i^m.

PAULUS AP̄TS XP̄I IHU̅. SECUNDUM IMPErium dī saluatoris nr̄i xp̄i ihu spei nr̄ę. timotheo dilecto filio in fide. Gracia misericordia & pax a dō patre. & xp̄o ihū dn̄o nr̄o. Sicut rogaui te ut remaneres ephesi, cum irem in macedoniā: ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent. neq; intenderent fabulis & genealogiis interminatis. que questiones prestant magis quam edificationem dī que est in fide. Finis enim precepti ē caritas. de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. A quibus quidā aberrantes conuersi sunt in uaniloquium. uolentes ēe legis doctores. non intelligentes neq; que locuntur neq; de quibus affirmant.

Scimus autem quia bona ēst lex. siquis

ea legittime utatur· sciētes hoc quia iusto lex
non est posita· sed iniustis & non subditis·
impiis & peccatoribus· sceleratis & contami
natis· patricidis & matricidis· homicidis·
fornicariis — masculorū concubitoribus·
plagariis mendacibus piuris· & siquid
aliud sane doctrine aduersatur que ē se
cundum euangelium glorie beati dī· quod
creditum ē mihi· Grās ago ei qui me con
fortauit ī xp̄o ih̄u dn̄o nr̄o· qui fidelem me
existimauit ponens in ministerio· qui prius
fui blasphemus & psecutor & contumelio
sus. Sed misedīam consecutus sum· quia ig
norans feci in incredulitate· Sup-abunda
uit autem gracia dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i cū fide & dilec
tione· que est in xp̄o ih̄u· — —
Fidelis sermo & omni acceptione dignus·
Quia xp̄c ih̄c uenit in hunc mundum pec
catores saluos facere· quorum primus ego
sum· Sed ideo misericordiā consecutus sum·
ut in me primo ostenderet xp̄c ih̄c omnē
patientiam ad informationem eorū· qui

credituri sunt illi in uitā ęternā: Regi autē seculorum immortali inuisibili · soli dō honor & gloria in secula sclōꝝ amen.

Hoc pceptum commendo tibi fili timothee secundum pcedentes in te pphetias · ut milites in illis bonam militiam · habens fidē & bonā conscientiam · Quam quidam repellentes · circa fidem naufragauerunt · Ex quib; est hymeneus & alexander · quos tradidi sathane · ut discant non blasphemare · CII ·

Obsecro igitur omniū primum fieri obsecrationes orationes postulationes grārumactiones p omnibus hominibus; p regibus & omnibus qui in sublimitate sunt ɔstituti · ut qetam & tranquillam uitā agamus cū omni pietate & castitate · Hoc enim bonum ē & acceptum coram saluatore nr̄o dō · qui omnes homines uult saluos fieri · & ad agnitionem ueritatis uenire ·

Unus enim dš · & unus mediator dī & hominum homo xp̄c ihc · qui dedit redemptionem semetipsum p omnib; et testimo-

nium temporibus suis confirmatum est. in quo positus sum ego
predicator & Apostolus. Veritatem dico in Christo non
mentior. doctor gentium in fide & ueritate;
Volo ergo uiros orare in omni loco.
leuantes puras manus sine ira & disceptatio
ne. Similiter & mulieres in habitu ornato. cum
uerecundia & sobrietate ornantes se. non in
tortis crinibus aut auro & margaritis uel
ueste pretiosa. sed quod decet mulieres. permit
tentes pietatem per bonam conversationem. Mulier in si
lentio discat cum omni subiectione; Docere
autem mulieri non pmitto neque dominari
in uirum. sed esse in silentio; Adam enim pri
mus formatus est. deinde Eva. Et adam non est
seductus. mulier autem seducta in praevarica
tione fuit; Saluabitur autem p filiorū ge
nerationem. si p manserit in fide & dilectio
ne & sanctificatione cum sobrietate. C. III.
Fidelis sermo. Siquis episcopatum desiderat.
bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum
irreprehensibilem ee. unius uxoris uirum. so
brium prudentem pudicum. ornatum hospi

talem doctorem · non uinolentum non percus
sorem sed modestum · non litigiosum non cu
pidum sue domui bene p̄positum · filios ha
bentem subditos cum omni castitate; Siquis
autem domui sue p̄esse nescit; quomodo ec
clesie di̅ diligentiam habebit · Non neophitu
ne in supbia̅ elatus in iudicium incidat dia
boli; Oportet autem illum & testimonium
habere bonum ab his qui foris sunt · ut non
in obp̄brium incidat & i̅ laqueu̅ diaboli · Dia
conos similiter pudicos · non bilingues non
multo uino deditos · non turpe lucrum sec
tantes · habentes mysterium fidei in conscien
tia pura; Et hi autem p̄bentur primum · &
sic ministrent nullum crimen habentes;
Mulieres similit̅ pudicas · non detrahentes
sobrias · fideles in omnibus · Diacones sint
unius uxoris uiri · qui filiis suis bene p̄sint
& suis domibus · Qui enim bene ministraue
rint gradum sibi bonu̅ acquirent & mul
tam fiducia̅ i̅ fide · q̄ ē in xp̄o ih̅u · Hec tibi
scribo · sperans me uenire ad te cito; Si aute̅

tardauero · ut scias quomodo oporteat te in
domo dei conuersari · que est eccla di uiui ·
columna & firmamentum ueritatis ·
Et manifeste magnum e pietatis sacramentu ·
quod manifestatum est in carne · iustificatu
est in spu · apparuit angelis · pdicatum e
gentibus · creditum est mundo · assumptum
est in gloria · C IIII ·
Spiritus autem manifeste dicit · Quia in nouissimis te
poribus discedent quidam a fide · attenden
tes spiritibus erroris & doctrinis demonioz ·
in ypocrisi loquentium mendacium · & cau
teriatam habentium suam conscientiam ; phi
bentium nubere · abstinere a cibis quos ds cre
auit ad percipiendum cum gratiarum actione fi
delibus · & his qui cognouerunt ueritatem ·
Quia omnis creatura di bona · & nihil reici
endum quod cum gratiarum actione percipitur ·
Sanctificatur enim per uerbum di & orationem ·
Hec proponens fratribus bonus eris minister
xpi ihu · enutritus uerbis fidei & bone doc
trine quam assecutus es ·

r. ad

Ineptas autem & aniles fabulas deuita. Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis ē. Pietas autē ad oīa utilis est; p̄missionem habens uite que nunc est & future.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur. quia speramus in dm̄ uiuum

qui est saluator omnium hominum. maxime fidelium.

Precipe hec & doce. Nemo adolescentiā tuā contemnat. sed exemplum esto fidelium in uerbo in conuersatione. in caritate in fide in castitate; Dum uenio attende lectioni & exhortationi doctrine. Noli negligere grām dei q̄ inte est. que data ē tibi p̄ pphetiā cum impositione manuū presbiterii.

Hec meditare. in his esto. ut p̄fectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrine. insta in illis. Hoc enim faciens & te ipsum saluum facies. & eos qui te audiunt.

Seniorem ne increpaueris.

sed obsecra ut patrem · Iuuenes ut frs · anus
ut matres · iuuenculas ut sorores cũ omni
castitate ·
Uiduas honora E v.
que uerę uiduę sunt · Si qua autem uidu
a filios aut nepotes habet · discat primũ
domum suam regere · & mutuam uicem
reddere parentibus · Hoc enim acceptũ
est coram deo · Que autẽ uere uidua ē
& desolata speret in dñ · & instet obse
crationibus & orationibus nocte ac die ·
Nam que indeliciis ē · uiuens mortua ē ·
Et hoc precipe · ut irreprehensibiles sint;
Si quis autem suorum & maxime domesti
corum curam non habet · fidem negauit ·
& est infideli deterior · Uidua eligatur
non minus sexaginta annorũ · que fue
rit unius uiri uxor · in operib; bonis testimoni
um habens · si filios educauit · si hospitio re
cepit · si scõrum pedes lauit · si tribulati
onem patientib; subministrauit · si omne
opus bonum subsecuta ē ·
Adolescentiores autem uiduas deuita ·

Cum enim luxuriate fuerint in xp̄o nubere uolunt · habentes damnationem · quia primam fidem irritam fecerunt · Simul autem & otiose discunt circuire domos · Nō solū āt otiose · sed & uerbose et curiose loquentes que non oportet; Volo ergo iuniores nubere · filios procreare · matres familias ēē · nullam occasionem dare aduersario maledicti gr̄a · Iam enim quedam conuerse sunt retro sathanan ·

Si quis fidelis habet uiduas subministret illis · & non grauetur eccl̄a · ut his que uere uidue sunt sufficiat ·

Qui bene presunt pr̄bri duplici honore digni habeantur · maxime qui laborant in uerbo & doctrina · Dicit enim scriptura · Non alligabis os boui triturantı · & dignus ē operarius mercede sua;

Aduersus pr̄brm accusationē noli recipere · nisi sub duob' aut trib; testib; ·

Peccantes aūt coram omnibus argue · ut & ceteri timorem habeant ·

Tymo.

iii

Testor coram dō & xp̄o ih̄u & electis an-
gelis. ut hec custodias. sine p̄iudicio
nihil faciens in aliā partē declinando;
Manus cito nemini imposueris. neq;
communicaueris peccatis alienis; Teipsū
castum custodi; Noli adhuc aquā bibere.
sed uino modico utere; ppter stomachū
tuum & frequentes tuas infirmitates;
Quorundam hominum peccata mani-
festa sunt precedentia ad iudicium. q̊s-
dam autē & subsecuntur. Similitē & fac
ta bona manifesta sunt. & que aliter se
habēt abscondi non possunt. C vi etulti iij.
Quicumq; sunt sub iugo serui. dominos
suos omni honore dignos arbitrentur.
ne nomen dn̄i & doctrina blasphemetur;
Qui autem fideles habent dominos. non
contem-nant quia frs̄ sunt. sed magis ser-
uiant quia fideles sunt & dilecti. q̄a bene
ficii participes sunt.
Hec doce & exhortare. Siquis aliter do-
cet. & non acquiescit sanis sermonibus

dni nri ihu xpi | & ei que secundum pietatē
est doctrine· Supbus nihil sciens· sed lan-
guens circa questiones & pugnas uerborū·
ex quib; oriuntur inuidie contentiones
blasphemie suspiciones male· conflictati
ones hominum | mente corruptorū· & q̄ a
ueritate priuati sunt· existimantiū ques
tum esse pietatem·

Est autem questus magnus· pietas cum suf
ficientia; Nihil enim intulimus in hunc
mundum· haut dubium quia nec auferre
quid possumus; Habentes autem alimenta
& quib; tegamur· his contenti simus; Nam
qui uolunt diuites fieri· incidunt in temp
tationem & laqueum diaboli | & desideria
multa inutilia & nociua· que mergunt
homines in interitum & pditionem; Ra
dix enim omnium malorū ē cupiditas·
Quam quidam appetentes errauerunt a fi
de· & inseruerunt se dolorib; multis·
Tu autem homo di hec fuge; Sectare uero
iusticiam | pietatem | fidem· caritatem pa

tientiam mansuetudinem · Certa bonum certamē
fidei · Apprehende uitam eternam in qua
uocatus es · & confessus bonā confessionem
coram multis testib; · Precipio tibi coram
dō qui uiuificat om̄a · & xp̄o ih̄u q̄ testi
monium reddidit sub pontio pilato bonā
confessionem · ut serues mandatū sine ma
cula ir reprehensibile · usq; in aduentum
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i · Quem suis temporib;
ostendit beatus & solus potens rex re
gum & dn̄s dominantiū · qui solus ha
bet immortalitatē et lucem habitat in=
accessibilem · quem nullus hominū ui
dit sed nec uidere potest · cui gl̄a honor et im
perium sempiternum amen ·

Diuitibus huius seculi p̄cipe non subli=
me sapere · neq; sperare in incerto diui=
tiarum · sed in dō uiuo qui p̄stat nobis
omnia abunde ad fruendum · bene age
re · diuites fieri in operibus bonis · facile
tribuere · communicare · thesaurizare
sibi fundamentum bonū in futurū ut

apprehendant ueram uitam.

O timothee depositum custodi. deuitans p[ro]fanas uocum nouitates & oppositiones falsi nominis sciencie. Quam quidam p[ro]mittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen. Explicit ep[isto]la p[ri]ma b[ea]ti pauli apostoli ad tymotheum.

Prolog[us] in ep[isto]lam secundam b[ea]ti pauli ap[osto]li ad tymoth[eum]

Iterum inicia episcopat[us] sui detentum ab annunciatione euangelij tymotheum. Amice fidei quam ab auia ac m[at]re didicerat commemoratione confortat. et ad feruoris sui eius memoriam remittit. ac uult eum resuscitare q[uod] calens p[ri]mum fuerat tepefact[us]. et ammonet ne opprobria crucis [christ]i et pauli vincula.

existimet causam peccatoris. Exemplo eciam suo omnium tribulationum ei tremit turbationem. Dum dicit illum scire qualia illi facta sunt antiochie yconio listris. et spem illi ingerit parati auxilii dicendo. et ex omnibus me eripuit dominus. Vult postremo bone vite esse generale testimonium. si malorum hominum odia incurrat. ut hoc ipso attollatur bona consciencia. si tribulationum onere premitur. Explicit prologus.

Argumentum in epistolam secundam beati pauli apostoli ad tymotheum.

Item tymotheo scribit de exhortatione martirii et omnis regule veritatis. et quid futurum sit temporibus novissimis et de sua passione. scribens ei ab urbe roma.

Aliud argumentum.

Cum esset rome vinclis constrictus. scribit tymotheo. monens eum ne propter eius absenciam vel propriis vel magistri tribulationibus terreatur. et testimonium domini erubescat. pro quo ipse usque ad mortem certavit. Similiter et de hereticis vitandis. atque hiis qui suas magis fabulas quam dei predicant veritatem.

Expliciunt argumenta.

Incipit epistola secunda beati pauli apostoli ad tymotheum. Capitulum .i.

Paulus apostolus christi ihesu per voluntatem dei. secundum promissionem vite que est in christo ihesu. timotheo carissimo filio. Gratia misericordia pax a deo patre. et christo ihesu domino nostro. Gratias ago deo meo cui servio a progenitoribus meis in conscientia pura. quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis: nocte ac die desiderans te videre. memor lacrimarum tuarum ut gaudio implear. recordationem accipiens eius fidei que est in te non ficta. que et habitavit primum in avia tua loide. et matre tua eunice. Certus sum autem quod et in te. Propter quam causam ammoneo te ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris.

sed uirtutis et dilectionis et sobrietatis:
Noli itaque erubescere testimonium dni nri
ihu xpi neque me vinctum eius. sed colla-
bora euangelio secundum uirtutem di. qui
nos liberauit et uocauit uocatione sua sca n
secundum opera nra. sed scdm propositum su
um et gram que data e nobis in xpo ihu
ante tempora secularia. manifestata autem
nunc per illuminationem saluatoris nri ihu
xpi. qui destruxit quidem mortem. illumi
nauit autem uitam et incorruptionem per euan
gelium. in quo positus sum ego predicator
et apts et magister gentium. Ob quam causam
etiam hec patior. sed n confundor. Scio
enim cui credidi. et certus sum. quia potens
est depositum meum seruare in illum diem.
Formam habe sanorum uerborum que a me
audisti. in fide et dilectione in xpo ihu.
Bonum depositum custodi per spm scm qui
habitat in nobis. Scis hoc quod auersi sunt
a me omnes qui in asia sunt. ex quibus est
phygelus et hermogenes. Det miam dns

onesiphori domui · quia sepe me refrigerauit · & catenam meã non erubuit · sed cũ romã uenisset · sollicite me quesiuit & inuenit · Det illi dñs inuenire misericordiam a dño in illa die · Et quanta ephesi ministrauit m · tu melius nosti · C IJ · Tu ergo fili mi confortare in gr̃a que ẽ in xp̃o ih̃u · & que audisti a me p multos testes · hec commenda fidelib; hominib; qui idonei erunt & alios docere · Labora sicut bonus miles xp̃i ih̃u · Nemo militans dõ implicat se negotiis secularib; · ut ei placeat cui se pbauit; Nam & qui certat in agone non coronabit̃ nisi legittime certauerit · Laborantem agricolã oportet primum de fructibus pcipere · Intellige que dico · Dabit enim tibi dñs in omnib; intellectũ; Memor esto dñm ih̃m xp̃m resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euangl̃m meũ · in quo laboro usq; ad uincula quasi male operans · sed uerbũ dĩ non ẽ alligatũ; Ideo omnia sustineo ppt̃

electos· ut & ipsi salutem consequantur· que
ē in xp̄o ih̄u cum gloria celesti·
Fidelis sermo· Nam si commortui sumus· &
conuiuemus. Si sustinemus· & cōregnabim̄·
Si negauerimus· & ille negabit nos· Si n̄
credimus· ille fidelis p̄manet· negare se ip-
sum n̄ potest· Hec aūt commoneo· testificans
coram dn̄o; Noli verbis contendē· Ad nichil
enī utile ē· n̄ ad subuersionem audientium·
Sollicite cura te ipsum ꝓbabilē exhibere
dō· operarium inconfusibilem· recte trac
tantem uerbum ueritatis;
Profana autē & vaniloquia deuita· Multū
enim ꝓficiunt ad impietatē· & sermo eoꝝ
ut cancer serpit· Ex quib; ē hymeneus &
phyletꝰ q̄ a vitate fidei exciderunt· dicen
tes resurrectionem iam factā· et subuerterēt
quorundā fidem·
Sed firmum fundamentū dī stat habens
signaculum hoc· Cognouit dn̄s qui sunt
eius· ut discedat ab iniquitate omnis qui
nomīat nomen dn̄i·

In magna autem domo non solum sunt uasa aurea & argentea· sed & lignea & fictilia· & quedam quidem in honorem· quedā autē in contumeliā; Si quis autē emundauerit se ab istis· erit uas in honorem sc̄ificatum & utile dn̄o· ad omne opus bonū paratum· Iuuenilia autem desideria fuge·

Sectare uero iusticiam· fidem· caritatē et pacem· cū his qui inuocant dn̄m de corde puro; Stultas autem & sine disciplina questiones deuita· sciens quia generant lites; Seruum autem dn̄i non oportet litigare· sed mansuetum ēē ad om̄s· docibilē· patientem· cum modestia corripientem eos qui r̄sistūt ṽitati· nequando det illis ds̄ penitentiam ad cognoscendam ueritatē· & resipiscant a diaboli laqueis· a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem· C iii·

Hoc autem scito· quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa· & erunt homines se ipsos amantes· cupidi elati superbi blasphemi· parentib; non obedien

tes· ingrati scelesti· sine affectione sine pace·
criminatores incontinentes immites· sine
benignitate· proditores proterui tumidi·
uoluptatum amatores magis quam dei· ha-
bentes quidem speciem pietatis· uirtutem autem
eius abnegantes· Et hos deuita· Ex his enim
sunt qui penetrant domos· et captiuas du
cunt mulierculas oneratas peccatisque
ducuntur uariis desideriis· semper discentes·
et num quam ad scientiam ueritatis per
uenientes; Quemadmodum autem iamnes
et mambres restiterunt moysi· ita et hi re
sistunt ueritati· homines corrupti mente·
reprobi circa fidem; Sed ultra non proficient;
Insipientia enim eorum manifesta erit om
nibus· sicut et illorum fuit·
Tu autem assecutus es meam doctrinam· in
stitutionem propositum fidem longani
mitatem dilectionem· patientiam persecuti
ones passiones· qualia michi facta sunt an
tiochie yconio lystris· quales persecutiones
sustinui· et ex omnibus eripuit me dominus· Et

omnes qui uolunt pie uiuere in xp̄o ih̄u p̄secutionem patientur. Mali autem homines & seductores, p̄ficient in peius. errantes & in errorem mittentes.

Tu uero p̄mane in his que didicisti & credita sunt tibi. sciens a quo didiceris. & q̄r ab infantia sacras litteras nosti. que te possunt instruere ad salutē p̄ fidē que ē in xp̄o ih̄u.

Omnis scriptura diuinitus inspirata. utilis ē ad docendum. ad arguendum. ad corripiendum. ad erudiendum in iusticia. ut p̄fectus sit homo dī. ad omne opus bonum instructus.

C IIII et ultīm

Testificor coram dō & xp̄o ih̄u qui iudicaturus ē uiuos et mortuos. & aduentum ipsius & regnum eius. Predica uerbum. insta oportune importune. Argue obsecra increpa. in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cū sanam doctrinam n̄ sustinebunt. sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a ueritate quidem auditum auertent. ad

fabulas autem conuertentur.
Tu uero uigila. in omnibus labora. opus fac. euangl'e. ministerium tuum imple. sobrius esto. Ego enim iam delibor. et tempus mee resolutionis instat. Bonum certamen certaui. cursum consummaui. fidem seruaui;
In reliquo reposita est mihi corona iusticie. quam reddet mihi dns in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi. sed et his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me uenire cito.
Demas enim me dereliquit diligens hoc seculum. et abiit thessalonicam. crescens in galatiam. titus in dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcum assume et adduc tecum. est enim mihi utilis in ministerium. Titicum autem misi ephesum. Penulam quam reliqui troade apud carpum ueniens ad me affer tecum et libros. maxime autem membranas.
Alexander erarius multa mala mihi ostendit. Reddet ei dns secundum opera eius. quem et tu deuita. Valde enim restitit uerbis nris.

In prima mea defensione nemo mihi affuit. sed omnes me dereliquerunt. Non illis imputetur. Dominus mihi astitit et confortavit me. ut per me predicatio impleatur. et audiant omnes gentes quia liberatus sum de ore leonis. Liberavit me dominus ab omni opere malo. et salvum me faciet in regnum suum celeste. cui gloria in secula seculorum amen.

Saluta priscam et aquilam. et onesiphori domum. Erastus remansit corinthi. Trophimium autem reliqui infirmum mileti. Festina ante hiemem venire ad me. Salutat te eubolus et pudens et linus et claudia et fratres omnes. Dominus noster ihesus xpistus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Explicit epistola secunda beati pauli apostoli ad tymotheum.

Prologus in epistolam beati pauli

apostoli ad tytum ·

Breuis ad tytum epl'a est · s3 multa com
plectit'. Primo quales ecclesiis prefici
conueniat · et quibus uirtutibus ple
nus · qui inter reliqua morum ornamenta · stu
dio habendi s'monis et copia possit implere
exhortationis officium · contradicentiam ul'
imperitiam ul' imprudentiam confutare · Dein
de quid specialiter conueniat · diu'sarum
etatum gradibus inculcari · Qualiter
eciam utilitate conditionis qui ad susceptio
nem fidei ueniunt · probabiliores facti fe
rant testimoniū doctrine xpiane · p quā meliores
esse didicerunt · Explicit plog'. Argumentū
i epl'am bti pauli apli ad tytum ·

Titum commonefacit · et instruit de con
stitutione prbrii et de spiritali conuer
satione · et hereticis uitandis · q i scripturis iudaicis
credūt · scribens ei a nycopoli · Explicit argumtū.

Incipit epl'a bti pauli apli ad tytū · C. i.

Paul' s'u' dei · apostolus autem ihesu
xpisti · secundum fidem electo-
rum di et agnitionem ueritatis ·

que secundum pietatem ē in spem uitę e-
ternę · quam ꝓmisit qui non mentitur ds̄
ante tempora secularia · manifestauit autē
temporib; suis uerbum suum in predicatio-
ne · que credita ē mihi secundum preceptū
saluatoris nr̄i dī · tito dilecto filio secun
dum communem fidem · Grā & pax a dō
patre · & xp̄o ih̄u saluatore nr̄o ;

Huius rei grā reliqui te crete · ut ea que
desunt corrigas · & constituas ꝑ ciuitates
prb̄ros · sicut & ego tibi disposui · Siquis si
ne crimine ē · unius uxoris uir · si filios habēs
fideles / non in accusatione luxurię / aut
non subditos ; Oportet enim epm̄ sine cri
mine ee · sicut dī dispensatorem · n̄ sup̄bū
non iracundum · non uinolentū · non ꝑcus
sorem · non turpis lucri cupidum · sed hos-
pitalem benignū sobrium · iustum scm̄
continentem · amplectentem eum qui se
cundum doctrinam ē fidelem sermonem ·
ut potens sit exhortari in doctrina sana ·
& eos qui contradicunt arguere · Sunt enī

multi inobe- dicentes. uaniloqui & seducto
res. maxime qui decircumcisione sunt. quos
oportet redargui. qui uniuersas domos sub=
uertunt. docentes que non oportet turpis
lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius
eorum propheta. Cretenses semper menda
ces. male bestie. uentris pigri. Testimonium
hoc uerum est. Quam obcausam increpa illos
dure ut sani sint in fide. non intendentes iu
daicis fabulis & mandatis hominum. auer
tentium se a ueritate. Omnia munda mun
dis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil
mundum. sed inquinate sunt eorum & mens
& conscientia. Confitentur se nosse deum. fac
tis autem negant. cum sint abhominati &
incredibiles. & ad omne opus bonum reprobi. Cap. II.

Tu autem loquere que decet sanam doctri
nam. Senes ut sobrii sint. pudici pruden
tes. sani in fide in dilectione in patientia. Anus.
similiter in habitu sancto. non criminatrices.
non uino multo seruientes. bene docentes.
ut prudentiam doceant. Adolescentulas ut

uiros suos ament. filios suos diligant. prudentes castas sobrias. domus curam habentes. benignas subditas uiris suis. ut non blasphemetur uerbum di. Iuuenes similit hortare ut sobrii sint. In omnib teipsum prebe exemplum bonorum operu. in doctrina in integritate in grauitate. Verbum sanum irreprehensibile. ut is qui ex aduerso e uereat. nihil habens malum dicere de nobis.

Seruos dominis suis subditos ee in omnibus placentes. n contradicentes non fraudantes. sed in omnib fidem bona ostendentes. ut doctrina saluatoris nri di ornent in omib.

Apparuit enim gra di saluatoris nri omib hominib erudiens nos. ut abnegantes impietatem & secularia desideria. sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc sclo. expectantes beatam spem & aduentum glie magni di & saluatoris nri ihu xpi. Q dedit semetipsum p nob ut nos redimeret ab omni iniquitate. & mundaret sibi pplm acceptabilem sectatorem bonorum operum.

Hec loquere & exhortare · & argue cum om-
ni imperio. Nemo te contemnat. Capitulum
Admone illos principibus & potestatibus subditos esse ·
dicto obedire · ad omne opus bonum pa-
ratos esse · neminem blasphemare · non litigi-
osos esse sed modestos · omnem ostendentes
mansuetudinem ad omnes homines · Eramus
enim & nos aliquando insipientes & incre-
duli · errantes servientes desideriis & volup-
tatibus variis · in malitia & invidia agen-
tes · odibiles odientes invicem · Cum autem
benignitas & humanitas apparuit salva-
toris nostri dei · non ex operibus iustitie que fe-
cimus nos · sed secundum suam misericordiam sal-
vos nos fecit · per lavacrum regenerationis
& renovationis spiritus sancti · quem effudit in nos
abunde per iesum christum salvatorem nostrum · ut
iustificati gratia ipsius · heredes simus secun-
dum spem vite eterne.

Fidelis sermo est. Et de his volo te confirma-
re · ut curent bonis operibus preesse · qui
credunt domino. Hec sunt bona & utilia hominibus.

Stultas autē questiones & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & uane.
Hereticum hominē post unam & secundam correptionem deuita. sciens quia subuersus ē qui eiusmodi ē & delinqt. cū sit ꝓprio iudicio condemnatus.
Cum misero ad te arthemam aut titicum. festina ad me uenire nicopolim. Ibi enī statui hiemare. Zenam legis peritū & appollo sollicite premitte. ut nihil illi desit. Discant autem & nr̄i bonis operib' ꝑesse ad usus necessarios. ut non sint infruc
Salutant te qui mecum sunt. Etuosi. omnes. Saluta eos q̄ nos amant in fide. Gr̄a di cum omnib' uobis. Amen.

Explicit epistola beati pauli apostoli ad tytum.

Argumētum in eplām bti pauli apli ad phylemonem.

Philemoni familiares litteras facit p[ro] onesimo seruo ei[us]. scribit aūt ei ab urbe roma de carcere. Explicit argumentum.

Incip[it] epl̄a bti pauli apli ad phylemonē. Cvnicū.

Paulus vinctus ihesu xp̄i et tymotheus frat[er]. philemoni dilecto & adiutori nr̄o. & appie sorori carissime & archippo commilitoni nr̄o. & eccle que in domo tua est. Gratia uobis & pax a deo patre nostro et domino ih̄u xp̄o. Gratias ago dō meo semp[er] memoriam tui faciens in orationibus meis: audiens caritatem tuam & fidem quā habes in dn̄o ih̄u & in omnes scōs. ut communicatio fidei tue euidens fiat in agnitione omnis operis boni in xp̄o ih̄u. Gaudium enim magnum habui & consolationem in caritate tua. quia uis

ceta scorum requieuerunt p te fr̄.

Propt̄ quod multam fiduciā habens in
xp̄o ihu imperandi tibi quod ad rem ptinet.
ppt̄ caritatem magis obsecro cū sis talis ut
paulus senex. nunc autem & uinctus ihu
xp̄i. Obsecro te p meo filio quē genui in uin-
culis onesimo. qui tibi aliquando inutilis
fuit. nunc autem & tibi & mihi utilis. quē
remisi tibi. Tu autem illum ut mea uiscera sus
cipe. Quem ego uolueram mecum detinere.
ut p te mihi ministraret in uinculis euan
gelii. Sine consilio autem tuo nihil uolui
facere. ut ne uelut ex necessitate bonum tuu
eēt sed uoluntarium. Forsitan enim ideo
discessit ad horam ate ut eternum illū reci
peres. iam non ut seruū sed p seruo caris
simum frēm. maxime mihi. Quanto autē
magis tibi & in carne & in dn̄o. Si ergo
habes me socium. suscipe illū sicut me. Si
autem aliquid nocuit tibi aut debet.
hoc mihi imputa. Ego paulus scripsi mea
manu. Ego reddam. ut non dicam tibi qd̄

et te ipsum mihi debes; Ita fr ego te fruar
in dno · refice uiscera mea in xpo Confidens te
ob-edientia tua scripsi tibi · sciens qm et sup
id quod dico facies· Simul autem et para m
hospitium · Nam spero p orationes uras do
nari me uobis·
Salutat te epaphras concaptiuus meus in xpo
ihu · marcus aristarcus demas et lucas
adiutores mei · Gra dni nri ihu xpi cu spu uro · Amen·

Explicit epla beati pauli apostoli ad phylemone·

Incipit prologus scti hyero pbri i eplam bti pauli ap. ad he.

In primis dicendum ē· cur apts paulus in hac epta scribendo non seruauerit morem suum· ut uel uocabulū nominis sui· uel ordinis scriberet dignitatem· Hec causa ē· quod ad eos scribens qui ex circumcisione crediderant· quasi gentium apts & non hebreorū·

Sciens quoq; eorum sup̄biam suamq; humi
litatem ipse demonstrans· meritum officii sui
noluit anteferre· Nam simili modo etiā
iohannes apts; ppter humilitatem in epta
sua nomen suum eadem ratione non ptu
lit· Hanc ergo eptam fertur apts ad hebreos con
scriptam hebraica lingua misisse· Cuius sen=
sum et ordinem retinens lucas euāgelista p' ex=
cessū bti apli pauli greco sermone cōposuit· Explicit prolog.

Incipit eplā bti pauli apo
stoli ad hebreos. C i^m.

Multifarie multisq; modis olim
deus loquens patribus in
pphetis· nouissime di
ebus istis locutus ē nobis in filio· quē con
stituit heredem uniuersorum· p quem fec̄
et secula· Qui cum sit splendor glorię
et figura substantię eius· portansq; omīa
uerbo uirtutis suę· purgationem peccator̄
faciens· sedet ad dexteram maiestatis in
excelsis· tanto melior angelis effectus·
quanto differentius pre illis nomen here=

dicauit. Cui enim dixit aliquando angelorum. filius meus es tu. ego hodie genui te. et rursum. ego ero illi in patrem. et ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primo genitum in orbem terre dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus. et ministros suos flamam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi. uirga equitatis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam. et odisti iniquitatem; propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis; Et tu in principio domine terram fundasti. et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis. et omnes ut uestimentum ueterascent. et uelut amictum mutabis eos et mutabuntur. Tu autem idem ipse es. et anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando sede a dextris meis. quo adusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nonne omnes sunt administratorii spiritus. in ministe

rium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.

PRopterea abundantius oportet ob servare nos ea que audiuimus. ne forte per effluamus. Si enim qui per angelos dictus est ser mo factus est firmus. et omnis preuaricatio et inobedientia accepit iustam mercedis re tributionem. quomodo nos effugiemus. si tan tam neglexerimus salutem? Que cum ini tium accepisset enarrari per dominum. ab eis qui au dierunt in nos confirmata est. contestante deo signis et portentis et uariis uirtutibus. et spiritus sancti distributionibus secundum suam uolun tatem; Non enim angelis subiecit deus orbem terre futurum de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens. Quid est homo quod memor es eius. aut filius ho minis quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis. gloria et honore coronasti eum. et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod ei omnia subiecit. nihil dimi sit non subiectum ei. Nunc autem necdum

uidemus omnia subiecta ei.

Eum autem qui modico quã angli minora-
tus est. uidemus ihm pp̃ter passionem mor
tis glã & honore coronatum. ut grã dĩ p om
nibus gustaret mortem; Decebat enim eum
ppt̃ quem omnia & p quem omnia. qui mul
tos filios in glãm adduxerat. auctorem salu
tis eorum p passionem consummare; Qui
enim scĩficat & qui scĩficantur. ex uno om̃s;
Ppt̃ quam causam non confunditur frs̃ eos
uocare dicens. Nunciabo nomen tuum frib;
meis. in medio ecclẽ laudabo te; Et iterũ;
ego ero fidens in eum. Et iterũ. Ecce ego &
pueri mei. quos dedit mihi ds̃. Quia ergo pueri
communicauerunt carni & sanguini. & ip
se similit̃ participauit eisdem. ut p mortem
destrueret eum qui habebat mortis impe
rium id est diabolum. & liberaret eos. qui ti
more mortis p totam uitã obnoxii erant
seruituti; Nusquam enim anglos appre-
hendit. sed semen abrahe apph̃endit; Unde
debuit p omnia fribus similari. ut misericors

fieret & fidelis pontifex ad dm̄ · ut repropitia
ret delicta ppli; In eo enim in quo passus
est ipse & temptatus · potens est & eis qui temptan
Unde fr̄es — E m. — tur auxiliari ·
sc̄i uocationis celestis participes · considera
te aptm & pontificem confessionis nr̄e
ihm · qui fidelis ē ei qui fecit illum · sicut
& moyses in omni domo illius · Amplio
ris enim glorię iste p̄ moyse dignus habi
tus ē · quanto — ampliorem honorem ha
bet domus qui fabricauit illam; Omnis
namq; domus fabricatur ab aliquo · Qui
autem omnia creauit · ds̄ ē · Et moyses quidē
fidelis erat in tota domo eius tan-quam
famulus · in testimonium eorū quę dicen
da erant · Xp̄c uero tan-quā filius in
domo sua · quę domus sumus nos · si fidu
ciam & gtam spei usq; ad finem firmam
retineamus · Qua ppt̄ sicut dicit sp̄us sc̄s ·
hodie si uocem eius audieritis nolite ob
durare corda ur̄a · sicut in exacerbatione
secundum diem temptationis in deserto ·

ubi temptauerunt me patres uestri . probaue-
runt & uiderunt opera mea quadraginta
annis. Propter quod offensus fui generationi
huic . & dixi semper hii errant corde ; Ipsi autem
non cognouerunt uias meas . quibus iura-
ui in ira mea . si introibunt in requiem meam .
Videte fratres . ne forte sit in aliquo
uestrum cor malum incredulitatis discedem-
di a deo uiuo . Sed adhortamini uosmetip-
sos per singulos dies donec hodie cognomi-
natur . ut non obduretur quis ex uobis
fallacia peccati ; Participes enim christi effec-
ti sumus . si tamen initium substantie eius
usque ad finem firmum retineamus dum dicitur .
hodie si uocem eius audieritis . nolite obdu-
rare corda uestra . quemadmodum in illa
exacerbatione . Quidam enim audientes
exacerbauerunt . sed non uniuersi . qui profec-
ti sunt ab egipto per moysen . Quibus autem
infensus est quadraginta annis . Nonne il-
lis qui peccauerunt . quorum cadauera pro-
strata sunt in deserto . Quibus autem iura-

uit non introire in requiem ipsius · nisi illis
qui increduli fuerunt. Et uidemus quia n̄
potuerunt introire in requiem ipsius ꝑpter
incredulitatem · C IIII ·

Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione
introeundi in requiem eius · existimetur ali
quis ex uobis deē · Etenim nobis nuntia
tum est quemadmodum et illis · Sʒ n̄ ꝓfuit
illis sermo auditus · non admixtꝰ fidei ex
his que audierunt; Ingrediemur enim in
requiem qui credidimus · quemadmodū dix̄ ·
sicut iuraui in ira mea · si introibunt in
requiem meam · Et quidem operibꝰ ab institu=
tione mundi ꝑfectis · dixit in quodam
loco de die septima sic; Et requieuit ds
die septima ab omnibꝰ operibꝫ suis · Et in
isto rursum · Si introibunt in requiem meā ·
Qm̄ ergo sup est quosdam introire in illā ·
et hi quibus prioribꝰ annuntiatum ē non
introierunt ꝑpter incredulitatem · iterū
terminat diem quendam · hodie in dauid
dicendo post tantum temporis sicut sup̄

Ad

dictum ē. Hodie si uocem ei⁹ audieritis. nolite obdurare corda ur̄a; Nam si eis ihc requiem p̄stitisset. num-quā de alio loqueretur post hac die; Itaq; relinquitur sabbatismus pp̄lo dī; Qui enim ingressus ē in requiem eius. & iam ipse requieuit ab operibus suis. sicut & a suis d̄s. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. ut ne in idipsū quis incidat incredulitatis exemplum. Uiuus enim ē dī sermo & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. & pertingens usq; ad diuisionem anime ac sp̄s. compagum quoq; ac medullarum. & discretor cogitationum & intentionum cordis. & n̄ est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & apta sunt oculis eius; Ad quem nobis sermo; Habentes ergo pontificē magnū qui penetrauit celos ihm filium dī. teneamus confessionem; Non enim habemus pontificem qui non possit copati infirmitatib⁹ nr̄is. temptatum aute̅ p omnia p similitudine absq; peccato.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum grē ei?
ut misericordiam consequamur. & grām inuenia
mus in auxilio oportuno. C V.

Omnis namq; pōtifex ex hōib; assūpt? p homi
nibus constituitur in his quę sunt ad dm̄.
ut offerat dona & sacrificia p peccatis. qui
condolere possit his qui ignorant & errant.
quoniā & ipse circumdatus ē infirmitate.
Et ppterea debet quemadmodū & p ppto.
ita & iam & p semetipso offerre p peccatis;
Nec quisquam sibi sumit honorem. sed qui
uocatur a do tanquam aaron. Sic & xpc
non semetipsum clarificauit ut pontifex
fieret. sed qui locutus ē ad eum. filius meus es
tu. ego hodie genui te; Quemadmodū
& in alio loco dicit; Tu es sacerdos in eter
num. secundum ordinem melchisedech;
Qui in diebus carnis suę preces supplicatio
nesq; ad eum qui possit saluum illū a mor
te facere. cum clamore ualido & lacrimis
offerens. exauditus ē p sua reuerentia;
Et quidem cum eēt filius dei. didicit ex his

que passus ē obedientiam · & consummatus fac
tus est omnibus obtemperantib(us) sibi causa sa
lutis eterne · appellatus a deo pontifex iux
ta ordinem melchisedech; De quo grandis
nobis sermo & interpretabilis ad dicendum ·
q(uonia)m imbecilles facti estis ad audiendum; Et
enim cum deberetis magistri ee̅ ppter temp(us) ·
rursu(m) īdigetis ut uos doceamini que sint el(e)
menta exordii sermonum di · & facti estis qui
bus lacte opus sit non solido cibo; Omnis eni(m)
qui lactis ē particeps · expers est sermonis iusti
cie · Paruulus eni(m) est · Perfectorum autē est
solidus cib(us) · eorum qui p consuetudine ex
ercitatos habent sensus ad discretionem bo
ni ac mali · C vi · Quappter inter
mittentes inchoationis xpi sermonem ad p
fectionem feramur · non rursus iacientes fun
damentum penitentie ab operib(us) mortuis
& fidei ad d(eu)m · baptismatum doctrine im
positionis quoq(ue) manuum · ac resurrectionis
mortuorum & iudicii eterni · Et hoc facie
mus si quidem pmiserit ds · Impossibile ē

enim eos qui semel sunt inluminati · gustaue
runt etiam donum celeste | et participes facti
sunt sp̄s sci̅ · gustauerunt nihilominus bo
num dei ūbum | uirtutesq; seculi uenturi · et
ꝓlapsi sunt · renouari rursus ad penitentiā ·
rursum crucifigentes sibimetipsis filium
di | et ostentui habentes · Terra enim sepe ue
nientem sup se bibens imbrem · et generans
herbam oportunam illis a quib; colitur · ac
cipit benedictionem a dō · Proferens autē spi
nas ac tribulos · repba ē et maledicto ꝓxi
ma · cuius consummatio in combustionem ·
Confidimus autem de uobis dilectissimi
meliora et uiciniora saluti · tametsi ita
loquimur · Non enim iniustus ds · ut obli
uiscatur operis uri̅ | et dilectionis quam
ostendistis in nomine ipsius · qui ministras
tis scis | et ministratis · Cupimus autē unū
quemq; urm eandem ostentare sollicitu
dinem ad expletionem spei usq; in finē ·
ut non segnes efficiamini · uerum imita
tores eorum · qui fide et patientia here

tametsi id est q̄uis. componit a tam et etsi.

ditabunt promissiones. Abrahe namque promittens deus. quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem. iurauit per semetipsum dicens. Nisi benedicens benedicam te. et multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens. adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant. et omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum; In quo habundantius uolens deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui. interposuit iusiurandum. ut per duas res inmobiles quibus impossibile est mentiri deum fortissimum solacium habeamus. qui confugimus ad tenendam propositam spem. Quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam. et incedentem usque ad interiora uelaminis. ubi precursor pro nobis introiuit ihesus. secundum ordinem melchisedech pontifex factus in eternum. CVII.

Hic enim melchisedech rex salem sacerdos dei summi. qui obuiauit abrahe regresso a cede regum. et benedixit ei. cui et decimas omnium diuisit abraham. Primum quidem

interpretatur rex iusticię· deinde autem
& rex salem quod ē rex pacis· sine patre sine
matre sine genealogia· neq; initium dierum
nq; finē vite habens· Assimilatus autem filio dei·
manet sacerdos in ppetuum· Intuemini autē
quantus sit hic· cui & decimas dedit de pcipu
is abraham patriarcha· Et quidem de filiis
leui sacerdotium accipientes· mandatum ha-
bent decimas sumere a pplo secundum legem
id est a fribus suis· quamquam & ipsi exierint
de lumbis abrahe· Cuius autem generatio
non adnumeratur in eis· decimas sumpsit
ab abraham· & hunc qui habebat repmissio-
nes benedixit; Sine ulla autem ↄtradictio-
ne· quod minus est a meliore benedicitur;
Et hic quidem decimas morientes homines
accipiunt· ibi autem contestatur quia ui-
uit; Et ut ita dictum sit· p abraham & leui
qui decimas accepit decimatus est· Adhuc
enim in lumbis patris erat· quando obuiauit
ei melchisedech·

Si ergo consummatio p sacerdotiū leuiticū

ciat· ppls enim sub ipso legem accepit· quid adhuc necessarium fuit scdm ordinem melchisedech alium surgere sacerdotem· & non secundum ordinem aaron dici· Translato enim sacerdotio· necesse ē ut & legis translatio fiat· In quo enim hec dicuntur de alia tribu ē· de qua nullus altario p̄sto fuit: Manifestum ē enim· quod ex iuda ortus sit dn̄s nr̄· in qua tribu nihil de sacerdotib; moyses locutus ē· Et amplius adhuc manifestum ē· si secundum similitudinem melchisedech exurgat alius sacerdos· qui non secundum legem mandati carnalis factus est· sed secundum uirtutem uite insolubilis· Contestatur enim· qm̄ tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech· Reprobatio quidem fit p̄cedentis mandati· ppter infirmitatem eius & inutilitatem· Nemine; enim ad pfectum adduxit lex· Introductio uero melioris spei· p quam pximam; addm̄· Et quantum ē non sine iureiurando· Alii quidem sine iureiurando sacer-

dotes facti sunt · hic autem cum iureiurando
p eum qui dixit ad illum · Iurauit dns & non penitebit eum · tu es sacerdos in eternu̅ ·
In tantum melioris testamenti sponsor factus ē ihc · Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes · idcirco quod morte phiberentur pmanere · hic autem eo qd maneat in eternum · sempiternum habet sacerdotium;
Unde & saluare in ppetuum potest · accedens p semetipsum ad dm̅ · sp viues ad interpellandu̅ p eis · Talis enim decebat ut nobis eet pontifex scs · innocens impollutus segregatus a peccatoribus · & excelsior celis factus · qui non habet cottidie necessitatem quemadmodu̅ sacerdotes prius p suis delictis hostias offerre · deinde p ppto; Hoc enim fecit sel' se offerendo · Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes · sermo autem iurisiurandi qui post legem ē · filium in eternum pfectum ·

C. VIII.

Capitulum autem sup ea que dicuntur · Talem habemus pontificem · qui consedit in dex=

tera sedis magnitudinis in celis · scorum mi
nister & tabernaculi ueri · quod fixit deus &
non homo; Omnis enim pontifex ad offeren
da munera & hostias constituitur; Unde ne
cesse ē & hunc habere aliquid quod offerat;
Si ergo eet sup terram · nec esset sacerdos · cum
eent qui offerret secundum legem munera;
qui exemplari & umbrę deseruiunt ce-
lestium · sicut responsum ē moysi cum con-
summaret tabernaculum; Uide inquit omīa
facito · secundum exemplar quod tibi osten
sum est inmonte · Nunc autem melius sorti-
tus ē ministerium · quanto & melioris testa
menti mediator ē · quod inmelioribus pro-
missiōib sancitū ē · Nam si illud prius culpa
uacasset · non utiq; secundi locus inquireretur;
Uituperans enim eos dicit · Ecce dies ueniunt
dicit dns · & consummabo sup domum isrl
& sup domum iuda testamentum nouum ·
non secundum testamentum qd feci patrib,
eorum in die qua apprehendi manum illorum
ut educerem eos de terra egypti · Qm ipsi n

p̄manserunt in testamento meo · & ego neglexi eos dicit dn̄s · Quia h̄ ē testamentum quod disponam domui isrl̄ post dies illos dicit dn̄s · Dando leges meas in mente eorum · & in corde eorum superscribam eas · & ero eis in dm̄ & ipsi erunt mihi in ppl̄m · Et non docebit unusquisq; p̄ximum suum & unusquisq; frm̄ suum dicens · cognosce dn̄m · qm̄ om̄s scient me a minore usq; ad maiorem eorum · quia p̄pitius ero iniquitatib; eorum · & peccatorum illorum iam non memorabor · Dicendo autem nouum · ueterauit prius · Quod autem antiquatur & senescit; p̄pe interitu ē ·

Habuit quidem & prius iustificatio- C̄ IX · nes culture & scm̄ seculare · Tabernaculum enim factum ē primum · in quo erant candelabra & mensa & p̄positio panum · quod dr̄ scā · Post uelamentum autem secundum tabernaculum qd̄ dicitur scā scōrum · aureū habens thuribulum et archam testamenti circumtectam ex omni parte auro · in qua urna aurea habens manna · & uirga

aaron que frondu[e]rat · & tabule testamenti · sup[er] que erant cherubin glorie obumbrantia p[ro]pitiatorium · de quibus modo non est dicendum p[er] singula; His uero ita compositis · in priori quidem tabernaculo semp[er] introibant sacerdotes sacrificiorum officia consumantes · in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine · quem offerret p[ro] sua & p[ro] p[o]p[u]li ignorantia · hoc significante sp[irit]u s[an]c[t]o · nondum p[ro]palatam e[ss]e s[an]c[t]orum uiam · adhuc priori tabernaculo habente statum · Que parabola e[st] temporis instantis · iuxta quam munera & hostie offeruntur · que non possunt iuxta conscientiam p[er]fectum facere seruientem · solummodo in cibis & in potibus & i[n] uariis baptismatib[us] & iusticiis carnis · usq[ue] ad tempus correctionis impositis; X[ristu]s p[ro]c autem assistens pontifex futurorum bonorum p[er] amplius & p[er]fectius tabernaculum non manufactum idest non huius creationis · Neq[ue] p[er] sanguinem hyrcorum aut uitulorum · sed p[er] p[ro]prium sanguine[m]

introiuit semel in sancta· eterna redemptione in
uenta; Si enim sanguis hyrcorum & taurorum
& cinis uitule aspersus inquinatos sanctificat
ad emundationem carnis· quanto magis san
guis xpisti qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit
immaculatum deo· emundauit conscientiam
uestram ab operibus mortuis ad seruiendum deo
uiuenti. Et ideo noui testamenti mediator
est· ut morte intercedente in redemptionem
earum — preuaricationum que erant sub pri
ori testamento· repromissionem accipiant qui
uocati sunt eterne hereditatis· Ubi enim tes
tamentum· mors necesse est intercedat testato
ris; Testamentum enim in mortuis confirma
tum est; Alioquin nondum ualet dum ui
uit qui testatus est; Unde nec primum quidem
sine sanguine dedicatum est; Lecto enim omni
mandato legis a moyse uniuerso populo· ac
cipiens sanguinem uitulorum & hircorum cum
aqua & lana coccinea & hysopo· ipsum quoque
librum & omnem populum aspersit dicens· Hic est
sanguis testamenti· quod mandauit ad uos

uestem nullius concupiui sic scitis· qm̄ ad ea que mihi erant opus & his qui mecū sunt· ministrauerunt manus iste· Omnia ostendi uobis· qm̄ sic laborantes oportet suscipere infirmos· ac meminisse uerbi dn̄i ih̄u quoꝫ ipse dixit· Beatius ē magis dare quam accipere· Et cum hec dixisset· positis genibꝰ suis cum omnibus illis orauit; Magnus autē fletus factus ē omnium· Et ꝑcumbentes sup collum pauli osculabantur eum· dolentes maxime in uerbo quod dixerat· qm̄ amplius faciem eius non eēnt uisuri· Et deducebant eum ad nauem· C. xxi·

Cum autem factum eēt ut nauigaremus abstracti ab eis recto cursu uenimus choū· & sequenti die rodum· & inde patharam· Et cum inuenissemus nauē transfretantem in phenicem· ascendentes nauigauimus; Cū apparuissemus autē cypro· relinquentes eam ad sinistram nauigauimus in syriā· & uenimus tyrum· Ibi enim nauis erat exposituta onus· Inuentis autem discplis·

mansimus ibi dieb(us) septem · Qui paulo dicebant
p(er) sp(iritu)m ne ascenderet ierosolimam · Et exple
tis diebus p(ro)fecti ibamus · deducentib(us) nos
omnibus cum uxoribus & filiis usq(ue) foras
ciuitatem · & positis genibus in littore oraui-
mus Et cum ualefecissemus inuicem ascen
dimus in nauem · illi autem redierunt in sua;
Nos uero nauigatione expleta a tyro des
cendimus ptholomaidem · & salutatis fr(atr)ib(us)
mansimus die una apud eos · Alia aute(m) die
p(ro)fecti uenimus cesaream Et intrantes domum
philippi euangeliste qui erat de septem ·
mansimus apud eum · Huic autem erant filie
quattuor uirgines p(ro)phetantes · Et cum mo
raremur p(er) dies aliquot · superuenit quidam
a iudea p(ro)ph(et)a nomine agabus · Is cum uenis
set ad nos · tulit zonam pauli · & alligans
sibi pedes & manus dixit · Hec dicit sp(iritu)s s(an)c(tu)s ·
Virum cuius e(st) zona hec · sic alligabunt in
ir(usa)l(e)m iudei · & tradent in manus gentium ·
Quod cum audissemus rogabamus nos et qui
loci illius erant · ne ascenderet ierosolimam ·

Tunc respondit paulus et dixit; Quid facitis. flentes et affligentes cor meum. Ego aut non solum alligari. sed et mori in ierlm paratus sum propter nomen dni ihu. Et cum ei suadere non possemus: quieuimus dicentes; Dni uoluntas fiat;
Post dies autem istos
preparati ascendebamus ierlm. Uenerunt aut quidam ex discipulis a cesarea nobiscum. adducentes apud quem hospitaremur iasonem quendam cyprium. antiquum discipulum;
Et cum uenissemus ierosolima. libenter exceperunt nos frs; Sequenti autem die introibat paulus nobiscum ad iacobum. omnesq; collecti sunt seniores; Quos cum salutasset. narrabat per singula que fecisset ds in gentibus per ministerium ipsius. At illi cum audissent magnificabant dm. Dixeruntq; ei. Uides quot milia sunt in iudeis qui crediderunt. Et omnes emulatores sunt legis; Audierunt autem de te quia discessionem doceas a moyse. eorum qui per gentes sunt iudeorum. dicens non debere eos circumcidere filios suos.

neq; secundum consuetudinem ingredi. Quid
ergo est? Utiq; oportet conuenire multitudi
nem. audient enim te superuenisse. Hoc ergo
fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri qua-
tuor. uotum habentes sup se. His assumptis
scifica te cum illis & impende in illis. ut ra
dant capita. & scient omnes quia que de te
audierunt falsa sunt. sed ambulas & ipse
custodiens legem. De his autem qui credide
runt ex gentibus nos scripsimus iudicantes
ut abstineant se ab idolis immolato. & san-
guine & suffocato & fornicatione.
Tunc paulus assumptis uiris postera die
purificatus cum illis intrauit in templũ.
annuntians expletionem dierum purifica
tionis. donec offerretur pro unoquoq; eorum
oblatio. Dum autem septẽ dies consũmarentur.
hi qui de asia erant iudei cum uidissent eum
in templo. concitauerunt omnem pplm. &
iniecerunt ei manus clamantes; Uiri israheli
te adiuuate. Hic ẽ homo. qui aduersus
pplm & legem & locum hunc omś ubiq;

docens. Insup & gentiles induxit in templū.
& uiolauit s̄cm locum istum. Viderant eni
trophinium ephesium in ciuitate cum ipso.
quem estimauerunt quō in templū intro-
duxisset paulus. Commotaq; ē ciuitas tota.
& facta ē concursio ppli. Et apphendentes
paulum trahebant eum extra templum.
& statim clause sunt ianue; Querentibus
autem eum occidere. nuntiatum ē tribu
no cohortis. quia tota confunditur ir̄lm.
Qui statim assumptis militibus & centurio
nibus. decurrit ad illos; Qui cum uidissent
tribunum & milites. cessauerunt pcutere
paulum; Tunc accedens tribunus apphen
dit eum. & iussit alligari catenis duabus.
& interrogabat quis eēt & quid fecisset.
Alii autem aliud clamabant in turba.
Et cum non posset certum cognoscere pre
tumultu. iussit duci eum in castra. Et cū
venisset paulꝰ ad gradus. contigit ut portaret
a militibus ppter uim ppli. Sequebat
enim multitudo ppli clamans. Tolle

eum. Et cum cepisset duci in castra. paulus dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Grece nosti? Nonne tues egyptius qui ante hos dies tumultum concitasti. & eduxisti in desertum quattuor milia uirorum sicariorum. Et dixit ad eum paulus: Ego homo sum quidem iudeus a tharso cilicię. non ignotę ciuitatis municeps. Rogo autem te. pmitte me loqui ad populum. Et cum ille pmisisset. paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem. Et magno silentio facto. allocutus ē hebrea lingua dicens. C. xxii.

Uiri frēs et prēs. audite quā ad vos nc̄ reddo rationē. Cum audissent autem quia hebraica lingua loqueret ad illos. magis pstiterunt silentiū. Et dixit. Ego sum uir iudeus natus tharso cilicię. nutritus autem ī ista ciuitate. secus pedes gamalihel. eruditus iuxta ueritatem paterne legis. emulator legis sicut & uos omnes estis hodie. Qui hanc uiam psecutus sum usq; ad mortem. alligans & tradens

in custodias uiros ac mulieres. sicut princeps
sacerdotum mi testimonium reddit &
omnes maiores natu. a quibus eplas acci
piens ad frs damascum pgebam. ut ad
ducerem inde uinctos in iertm ut punirentur.
tur. Factum e autem eunte me & appropi
quante damasco media die subito de ce
lo circumfulsit me lux copiosa. & decidens
in terram audiui uocem dicentem mihi.
Saule saule. quid me psequeris? Ego aut
respondi; Quis es dne? Dixitq; ad me; Ego
sum ihc nazarenus. quem tu psequeris. Et
qui mecum erant lumen quidem uiderunt.
uocem autē non audierunt eius qui loque
batur mecum; Et dixi. Quid faciam dne?
Dns autem dixit ad me; Surgens uade da
mascum. & ibi tibi dicetur de omnibus
que te oporteat facere. Et cum n̄ uiderem
p̄ claritate luminis illius. ad manum deduc
tus a comitibus ueni damascum. Ananias
autem quidā uir secundum legē testimo
nium habens ab omnibus habitantibus

iudeis ueniens ad me & astans dixit m̄·
Saule fr̄ respice· Et ego eadem hora respexi
in eum· At ille dixit· D̄s patrum n̄rorum
p̄ordinauit te ut cognosceres uoluntatē
eius· & uideres iustum· & audires uocem ex
ore eius· quia eris testis illius ad omnes ho
mines eorum que uidisti & audisti· Et nunc
quid moraris· Exurge & baptizare & ablue
peccata tua· inuocato nomine ipsius·
Factum est autem reuertenti mihi in ir̄l̄m
& oranti in templo fieri me in stupore
mentis· & uiderem illum dicentem mihi·
Festina & exi uelocit̄ de ier̄l̄m· qm̄ non re
cipient testimonium tuū de me; Et ego
dixi; D̄ne· ipsi sciunt quia ego eram conclu
dens in carcerem & cedens p̄ synagogas· eos
qui credebant in te; Et cum funderetur
sanguis stephani testis tui· ego astabam et
consentiebam· & custodiebam uestimenta
interficientium illum· Et dixit ad me; Ua
de· qm̄ ego ad nationes longe mittā te;
Audiebant enim eum usq; ad hoc uerbū·

& leuauerunt uocem suã dicentes; Tolle
de terra eiusmodi. Non enim fas ē eum ui
uere. Uociferantibus autem eis & p̄icientib;
uestimenta sua & puluerem iactantib; in
aere. iussit tribunus induci eum in castra.
& flagellis cędi & torqueri eum. ut sciret
ppter quã causam sic acclamarent ei; Et cũ
astrinxissent eum loris. dixit astanti sibi
centurioni paulus; Si hominem romanum
& indem natũ licet uobis flagellare. Quo
audito. centurio accessit ad tribunum. &
nuntiaᵗ ei dicens. Quid acturus es. Hic ē ho
mo ciuis romanus ē. Accedens autē̄ tribu
nus dixit illi. Dic m̄ si tu romanus es;
At ille dixit. Etiam. Et respondit tribu
nus. Ergo multa summa ciuilitatē hanc
consecutus sum. Et paulus ait; Ego autē̄
& natus sum. Protinus ergo discesserunt
ab illo. qui eum torturi erant; Tribunus
quoq; timuit postquam resciuit quia ci
uis romanus eēt. & quia alligasset eum.
Postera autem die uolens scire diligentius

qua ex causa accusaretur a iudeis · soluit eu̅ ·
et iussit sacerdotes conuenire & omne conci
lium · Et pducens paulum statuit inter illo͛s ;

Intendens autem concilium paulus ait · CXXIII ·
Viri fr̅s · ego omni conscientia bona conuersat͛
sum ante dm̅ usq; in hodiernum diem ;
Princeps autem sacerdotum ananias · pcepit
astantibus sibi pcutere os eius ; Tunc pau
lus ad eum dixit ; Percutiet te ds̅ paries de
albate · Et tu sedens iudicas me secundu̅ lege̅ ·
& contra legem iubes me pcuti · Et qui asta=
bant dixerunt · Summum sacerdotem di̅
maledicis · Dixit autem paulus ; Nesciebā
fr̅s · quia princeps ē sacerdotum ; Scriptum
est eni̅ · Principem populi tui n̅ maledices ;
Sciens autem paulus quia una pars eēt sa=
duceorum & altera phariseorum · exclama
uit in concilio ; Viri fr̅s · ego phariseus sum
filius phariseorum ; De spe & re surrectione
mortuorum ego iudicor · Et cum hec dix
isset · facta ē dissensio inter phariseos & sa=
duceos · & soluta ē multitudo ; Saducei

c̄m 23 · sic ar' incipit g'
l̃ra ĩ [illegible] ł capitu
[illegible] ł l̃ra̅ scripta

enim dicunt non esse resurrectionē · neq; an
gelum neq; spm · pharisei autem utrumq;
confitentur: Factus ē autem clamor magnus ·
Et surgentes quidam phariseorū pugnabant
dicentes · Nihil mali inuenimus in homine
isto: Quid si sps̄ locutus ē ei aut angls · Et
cum magna dissensio facta eet · timens tri
bunus ne discerperetur paulus ab ipsis · ius
sit milites descendere & rapere eum de me
dio eorum · ac deducere eum in castra ·
Sequenti autem nocte assistens ei dns̄ ait ·
Constans esto Sicut enim testificatus es de
me in ierlm̄ · sic te optet & rome testificari ·
Facta autem die · collegerunt se quidam ex
iudeis · & deuouerunt se dicentes neq; man
ducaturos neq; bibituros · donec occiderent
paulum; Erant autem plusquā quadragin
ta viri qui hanc coniurationem fecerant · Qui
accesserunt ad principes sacerdotū & seni
ores · et dixerunt · Deuotione deuouimus nos
nihil gustaturos · donec occidamus paulū ·
Nunc ergo uos notum facite tribuno cum

concilio · ut adducat illum ad uos · tanquã
aliquid certius cogniturí de eo · nos uero
priusquã appropiet · parati sumus interficere
illum; Quod cum audisset filius sororis pau
li insidias · uenit & intrauit in castra · nunti
auitq; paulo; Vocans autem paulus ad se
unum ex centurionibus ait; Adolescentem
hunc pduc ad tribunum · habet enim aliqd
indicare illi; Et ille quidem assumens eum ·
duxit ad tribunum & ait; Vinctus paulus
uocans rogauit me hunc adolescentem pdu
cere ad te · habentem aliquid loqui tibi ·
Apphendens autem tribunus manũ illius ·
secessit cum eo seorsum · & interrogauit illũ ·
Quid ẽ quod habes indicare mihi · Ille autẽ
dixit · Iudeis conuenit rogare te ut crastina
die paulum pducas in concilium · quasi ali
quid certius inquisituri sint de illo · Tu uero
ne credideris illis · Insidiantur enim ei ex eis
uiri amplius quadraginta · qui se deuouerũt
non manducare neq; bibere · donec interfici
ant eum · Et nunc parati sunt expectantes

promissum tuum. Tribunus igitur dimisit ado
lescentem. precipiens ne cui loqueretur quod
hec nota sibi fecisset. Et conuocatis duobus centu
rionibus. dixit illis. Parate milites ducen
tos ut eant usque cesaream. et equites septua
ginta. et lancearios ducentos a tertia hora
noctis. et iumenta preparate ut imponentes
paulum eum perducerent saluum ad felicem presidem.
Timuit enim ne forte raperent eum iudei et occi
derent. et postea calumniam sustineret quasi pecu
niam accepturus. scribens ei epistolam continentem
(verba) hec. Claudius lysias optimo presidi felici sa
lutem. Virum hunc comprehensum a iudeis
et incipientem interfici ab eis. superueniens cum
exercitu eripui — cognito quia roma
nus est. Volensque scire causam quam obiicie
bant illi. deduxi eum in concilium eorum.
Quem inueni accusari de questionibus legis
ipsorum. nihil uero dignum morte aut
uinculis habentem crimen. Et cum mihi
perlatum esset de insidiis quas parauerant
ei. misi eum ad te. denuntians et accusato

Timuit enim ne forte rapent totum illud usque qui pecuniam accepturus inclusive non est de textu nec in libris correctis. hec michi de lira.

ribus ut dicant apud te.

Milites ergo secundum preceptum sibi assu-
mentes paulum. duxerunt illum p nocte in an-
tipatridem. Et postera die dimissis equiti-
bus ut irent cum eo. reuersi sunt ad castra.
Qui cum uenissent cesaream & tradidissent
epistolam presidi. statuerunt ante illum & pau-
lum; Cum legisset autem & interrogasset
de qua prouincia eēt. & cognoscens quia de
cilitia. audiam te inquit cum accusato-
res tui uenerint; Iussitq; in pretorio herodis

Post quinq; aūt dies CXXIIII. custodiri eū.
descendit princeps sacerdotum ananias cū
senioribus quibusdam. & tertullo quodā
oratore. Qui adierunt presidem aduersus
paulum. Et citato paulo. cepit accusare
tertullus dicens. Cum in multa pace aga-
mus p te. & multa corrigantur p tuam
prouidentiā semp & ubiq; suscepimus opti-
me felix cum omni actione graciarum. Ne
diutius autem te protraham. oro breuiter
audias nos p tua clementia. Inuenimus

hunc hominem pestiferum. & concitantem seditiones omnibus iudeis in uniuerso orbe. & auctorem seditionis secte nazarenorum. Qui & iam templũ uiolare conatus ē. Quē et apphensum. uoluim⁹ s̄m legem n̄rã iudicare. Superueniēs aũt tribun⁹ lysias. cũ ui magna eripuit eũ de manib⁹ n̄ris. iubēs accusatores eı̄ ad te uenire. A quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere. de quibus nos accusamus eum; Adiecerunt autem & iudei. dicentes hec ita se habere; Respondit autem paulus. annuente sibi preside dicere. Ex multis annis te ēē iudicem genti huic sciens. bono animo, p me satisfaciam. Potes enim cognoscere. quia non plus sunt dies michi quam duodecim. ex quo ascendi adorare in ierl̄m. Et neq; in templo inuenerunt me cum aliquo disputantē; aut concursum facientem turbe. neq; in synagogis. neq; in ciuitate. neq; pbare possunt tibi de quib; nunc accusant me. Confiteor autem hoc tibi. quod secundum sectam quã dicunt

heresim sic deseruio patri d(e)o meo · credens
omnibus que in lege & p(ro)phetis scripta sunt ·
spem habens in d(eu)m quam & hi ipsi expectant ·
resurrectionem futuram iustoru(m) & iniquor(um);
In hoc & ipse studeo sine offendiculo con
scientiam habere ad d(eu)m & ad homines semp(er);
Post annos autem plures elemosynas factu
rus in gentem meam ueni · & oblationes
& uota · in quib(us) inuenerunt me purificatu(m)
in templo · non cum turba neq(ue) cum tumultu ·
Quidam autem ex asia iudei · quos oporte
bat apud te p(rae)sto e(ss)e et accusare — siquid
haberent aduersum me · aut hi ipsi dicant
si quid inuenerunt in me iniquitatis ·
cum stem in concilio · (ni)i de una hac solummodo
uoce qua clamaui inter eos stans · qui(a) de
resurrectione mortuoru(m) ego iudicor hodie
a uobis; Distulit autem illos felix · certissi
me sciens de uia — dicens · Cum tribunus
lysias descenderit audiam uos; Iussitq(ue);
centurioni custodire eum & habere requi
em · nec quemquam p(ro)hibere de suis minis

tiare ei; Post aliquot autem dies ueniens fe
lix cum drusilla uxore sua que erat iudea·
uocauit paulum· & audiuit ab eo fidem
que ē in ihm xpm; Disputante autē illo
de iusticia & castitate & iudicio futuro·
tremefactus felix respondit· Quod nunc atti
net uade· tempore autem oportuno accer
siam te· simul & sperans quod pecunia ei da
retur a paulo; Propter quod & frequenter ac
cersiens eum loquebatur cum eo· Biennio
autem expleto· accepit successorem felix
porcium festum· Volens autem prestare
grām iudeis felix· reliquit paulū vinctū·

Festus ergo cum ve- C. xxv.
nisset in prouinciā: post triduum ascendit ie
rosolimam a cesarea; Adieruntque eum prin
cipes sacerdotum & primi iudeorum aduer
sus paulum· & rogabant eum postulantes
grām aduersus eum· ut iuberet perduci eum
in ihrlm· insidias tendentes ut eum interfice
rent in uia· Festus autem respondit seruari
paulum in cesarea· se autem matu·

Nota quod secundum nicolaum de lira debet
dici porticium festum· dicens
quod sic fuit in libris correctis·
et quod sic nominat eum iosephus
xx° libro antiquitatum.

rius pfecturum; Qui ergo in uob' sunt potentes
sunt descendentes simul · si quod ē in uiro cri
men accusent eum; Demoratus autem int' eos
dies n̄ amplius quā octo aut decem · descen
dit cesarīā · Et altera die sedēs p tribunali ·
iussit paulū adduci; Qui cū pductus eēt circū
steterunt eum qui ab ierosolima descenderant
iudei · multas & graues causas obiicientes quas
non poterant pbare · paulo rationem
reddente · qm̄ neq; in legem iudeorum neq;
in templū · neq; in cesarem quicquā peccauit;
Festus autem uolens iudeis grām pstare · res
pondens paulo dixit; Uis ierosolimā ascen
dere · & ibi de his iudicari apud me · Dixit
autem paulus; Ad tribunal cesaris sto · ubi
me oportet iudicari; Iudeis non nocui · sic
tu melius nosti; Si enim nocui aut dignū
morte aliquid feci · n̄ recuso mori; Si uero
nihil est eorum que hi accusant me · nemo
potest me illis donare · Cesarem appello;
Tunc festus cum consilio locutus respondit;
Cesarem appellasti · ad cesarem ibis; Et cū

dies aliquot transacti essent. agrippa rex & bero-
nice descenderunt cesaream ad salutandum
festum. Et cum dies plurimos ibi tes morarentur. fe-
stus regi indicauit de paulo dicens. Vir quidam est
derelictus a felice uinctus. de quo cum essem ie-
rosolymis adierunt me principes sacerdotum
& seniores iudeorum. postulantes aduersus
illum dampnationem. Ad quos respondi. Quia
non est consuetudo romanis damnare aliquem
hominem priusquam is qui accusatur presentes
habeat accusatores. locumque defendendi acci-
piat ad abluenda crimina que ei obiciuntur. Cum ergo
huc conuenissent sine ulla dilatione sequenti die se-
dens pro tribunali. iussi adduci uirum. De quo cum
stetissent accusatores nullam causam defere-
bant. de quibus ego suspicabar malum. Questio-
nes uero quasdam de sua superstitione habebant
aduersus eum. & de quodam ihesu defuncto quem
affirmabat paulus uiuere. Hesitans autem
ego de huiusmodi questione. dicebam si uel-
let ire ierosolymam. & ibi iudicari de istis.
Paulo autem appellante ut seruaretur ad

augusti cognitionem · iussi seruari eum · donec
mittam eum ad cesarem; Agrippa autē ad
festum dixit; Volebam & ipse hominem au
dire; Cras inquit audies eum; Altera autem
die cum uenisset agrippa & beronice cū mul
ta ambitione · & introissent in auditorium
cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis ·
iubente festo adductus ē paulus · Et dixit festus ·
Agrippa rex & omnes qui simul adestis no
biscum uiri · uidetis hunc hominē de quo omnis mul-
titudo iudeorum interpellauit me ierosoly
mis · petentes & acclamantes n̄ oportere eū
uiuere amplius; Ego uero comperi nihil
dignum eū morte admisisse · Ipso autem hoc
appellante ad augustum iudicaui mittere;
De quo quid certū scribam ōmino n̄ habeo ·
Propt quod pduxi eum ad uos & maxime
ad te rex agrippa · ut interrogatione facta
habeam quid scribā; Sine ratione enim m̄i
uidetur mittere uinctum · & causā eius non si-
Agrippa vero ad paulum ait · CXXVI gnificare ·
Permittitur tibi loqui p temetipso · Tunc

paulus extensa manu cepit rationem redde
re; De omnibus quib; accusor a iudeis rex
agrippa extimo me beatum apud te. cum
sim defensurus me hodie. maxime te sciente
omnia que apud iudeos sunt consuetudines
& questiones; Ppter quod obsecro patienter
me audias; Equidem uitam meam a iuuentute
que ab initio fuit in gente mea in ierosoli=
mis. nouerunt omnes iudei. psciientes me ab
initio si uelint testimonium phibere. qm
secundum certissimam sectam nre religionis
uixi phariseus; Et nunc in spe que ad pa
tres nros repmissionis facta e a do sto iu
dicio subiectus. in qua duodecim trib; nre
die ac nocte deseruientes sperant deuenire.
De qua spe accusor a iudeis o rex. Quid incre
dibile iudicatur apud uos. si ds mortuos
suscitat. Et ego quidem estimaueram me
aduersus nomen ihu nazareni debere mul
ta contraria agere. quod & feci ierosolimis.
Et multos scorum ego in carcerib; inclusi.
a principib; sacerdotu potestate accepta;

aplor.

Et cum occiderentur detuli sententiã. & p om̃s synagogas frequenter puniens eos compellebã blasphemare. Et amplius insaniens in eos. p sequebar usq; in exteras ciuitates; In quibus dum irem damascum cum potestate & pmissu principũ sacerdotum. die media in uia uidi rex — de celo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen. & eos qui simul mecũ erant. Om nesq; nos cum decidissemus in terram. audiui uocem loquentem mihi hebraica lingua. Saule saule. quid me psequeris? Durum ẽ tibi contra stimulum calcitrare; Ego autem dixi; Quis es dñe? Dñs autem dixit. Ego sũ ihs nazarenus quem tu psequeris. Sed exurge. & sta sup pedes tuos; Ad hoc enim apparui tibi. ut constituam te ministrum & testem eorũ que uidisti & eorum quibus apparebo tibi. eripiens te de populis & gentibus. in quas ego nũc mittã te aperire oculos eorũ. ut conuertantur a tenebris ad lucem & de potestate sathane ad dñm. ut accipiant remissionẽ peccatorum & sortem int̃ scõs p fidem que ẽ in

me; Unde rex agrippa non fui incredulus celesti uisioni · sed his qui sunt damasci primum · et ierosolimis et per omnem regionem iudeę et gentibus annuntiabam · ut penitentiam agerent et conuerterentur ad dominum · digna penitentie opera facientes; Hac ex causa me iudei cum essem in templo comprehensum temptabant · volentes me interficere · Auxilio autem adiutus dei usque in hodiernum diem sto · testificans minori atque maiori · nihil extra dicens quam ea que prophete sunt locuti futura esse et moyses · si passibilis christus · si primus ex resurrectione mortuorum · lumen annuntiaturus est populo et gentibus ·

Hec loquente eo et rationem reddente · festus magna uoce dixit · Insanis paule; Multe te littere ad insaniam conuertunt; Et paulus · non insanio inquit optime feste! sed ueritatis et sobrietatis uerba eloquor · Scit enim de his rex ad quem et constanter loquor; Latere enim eum nihil horum arbitror · neque enim in angulo quicquam horum gestum est;

apl͞or.

194

Credis rex agrippa pphis. Scio quia credis.
Agrippa autem ad paulum dixit. In modico
suades me xp͞ianum fieri. Et paulus. Opto
apud d͞m. et in modico et in magno non tan
tum te. sed et omnes hos qui audiunt hodie
fieri tales qualis et ego sum. exceptis vinculis
hys. Et exurrexit rex et preses et beronice.
et qui assidebant eis. Et cum secessissent.
loquebantur adinuicem dicentes. Quia
nihil morte aut uinculis dignum quid
fecit homo iste. Agrippa autem festo dix.
Dimitti poterat ho͞ iste si non appellas-
Ut autem iudicatu͞ e͞ eum na- Cxxvii sset cesarem.
uigare in italiam. et tradi eum cum re
liquis custodiis centurioni nomine iulio co
hortis auguste.
Ascendentes nauem adrumetinam.
incipientes nauigare circa asie loca sustu
limus. pseuerante nobiscum aristarco ma
cedone thessalonicense. Sequenti autem
die deuenimus sidonem. Humane aut͞ trac
tans iulius paulum pmisit ad amicos ire.

& curam sui agere. Et inde cum sustulissemus
subnavigavimus cyprũ: pptera quod essent
venti contrarii. Et pelagus ciliciae & pamphi
liae navigantes: venimus lystrã quae ẽ liciae.
Et ibi inveniens centurio navem alexandri
nam navigantem in italiã: transposuit nos
in eam; Et cum multis diebus tarde naviga
remus. & vix devenissemus contra gnidum
phibente nos vento. adnavigavimus crete
iuxta salmonam. Et vix iuxta navigan
tes venimus in locum quendã qui vocatur
boni portus. cui iuxta erat civitas thalasa.
Multo autem tempore pacto. & cum iam ñ
esset tuta navigatio. eo quod iciunium
iam pterisset. consolabatur eos paulus dicẽs;
Viri. video quõ cum iniuria & multo dam
no non solum oneris & navis. sed & iam ani
marum nr̃arum incipit ẽẽ navigatio; Cen
turio autem gubernatori & nauclero ma
gis credebat. quam his quae a paulo dicebantur.
Et cum aptus portus ñ esset ad hieman
dum. plurimi statuerunt consilium naviga-

thalasa. se. femi gñ. pme declinationis. declinabile.

re inde si quomodo possent deuenientes phe
nicen hiemare. portum crete respicientem
ad affricum & ad chorum. Aspirante autē
austro. estimantes ppositum se tenere. cum
sustulissent de asson legebant cretā; Non post
multum autem misit se contra ipsam uent9
typhonicus qui uocatur euroaquilo; Cumq;
arrepta eēt nauis & non possit conari in
uentum. data naue flatibus ferebamur;
Insulam autem quandā decurrentes que
uocatur cauda. potuimus uix obtinere
scapham; Qua sublata adiutoriis utebàn
tur. accingentes nauem. Timentes autē ne
in syrtim inciderent. sub misso uase sic fe
rebantur. Valide autem nob tempestate
iactatis. sequenti die iactum fecerunt. &
tercia die suis manibus armamenta nauis
piecerunt. Neq; autem sole neq; syderib;
apparentibus p plures dies & tempestate
non exigua imminente. iam ablata erat
spes omnis salutis nrē. Et cum multa ieiu
natio fuisset. tunc stans paulus in medio

coru dixit; Oportebat quidem o uiri audi-
to me non tollere acreta. lucriq; facere in-
iuriam hanc & iacturam. Et nunc suadeo vobis
bono animo ee. Amissio enim nullius anime
erit ex vobis preter quam nauis; Astitit enim
mihi hac nocte angelus dei cuius sum ego. & cui de-
seruio dicens. Ne timeas paule. Cesari te opor-
tet assistere. Et ecce donauit tibi deus omnes
qui nauigant tecum; Propter quod bono ani-
mo estote uiri. Credo enim deo meo. quia sic erit
quemadmodum dictum est mihi; In insulam
autem quandam oportet nos deuenire. Sed post-
ea quam quarta decima nox superuenit. na-
uigantibus nobis in adria circa mediam
noctem. suspicabantur naute apparere sibi
aliquam regionem. Qui et summittentes bolidem
inuenerunt passus uiginti. Et pusillum inde
separati. inuenerunt passus quindecim; Ti-
mentes autem ne in aspera loca incideremus.
de puppi mittentes anchoras quatuor.
optabant diem fieri. Nautis uero querentibus
fugere de naui. cum misissent scapham

inmare sub obtentu· quasi inciperent a prora
anchoras extendere· dixit paulus centuri
oni & militibus; Nisi hi innaui manserint·
uos salui fieri non potestis; Tunc abscide
runt milites funes scaphe· & passi sunt eam
abscidere; Et cum lux inciperet fieri· roga
bat paulus omnes sumere cibum dicens;
Quarta decima hodie die expectantes ieiuni
permanetis nihil accipientes; Propter quod
rogo uos accipere cibum pro salute uestra· quia
nullius uestrum capillus de capite peribit; Et
cum hec dixisset sumens panem gratias egit
deo inconspectu omnium Et cum fregisset·
cepit manducare; Animequiores autem
facti omnes· & ipsi sumpserunt cibum;
Eramus vero uniuerse anime innaui du
cente septuaginta sex· Et satiati cibo alle
uiabant nauem· iactantes triticum in mare;
Cum autem dies factus esset terram non agnos
cebant· Sinum uero quendam considera
bant habentem litus· inquem cogitabant
si possent eicere nauem· Et cum anchoras

sustulissent · committebant se mari · simul laxantes iuncturas gubernaculorum · Et leuato arthemone · secundum flatum aure tendebant ad litus ; Et cum incidissemus in locum bithalassum · impegerunt nauem · Et prora quidem fixa manebat inmobilis · puppis uero soluebatur a ui maris · Militum autem consilium fuit ut custodias occiderent · ne quis cum enatasset effugeret ; Centurio autem uolens seruare paulum prohibuit fieri · Iussitque eos qui possent natare mittere se in mare et primos euadere · et ad terram exire · Et ceteros alios in tabulis ferebant quosdam super ea que de naui essent · Et sic factum est · quod omnes anime

Et cum euasissem · Exrvm · ulti · Ceuatentad terr · tunc cognouimus quia militene insula uocabatur ; Barbari uero prestabant non modicam humanitatem nobis · Accensa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat et frigus ·

Cum congregasset autem paulus sarmentorum aliquantam multitudinem | et imposuis

set sup ignem · uipera a calore cum processisset · in-
uasit manum eius; Ut uero uiderunt barba-
ri pendentem bestiā de manu eius ad inuicem
dicebant; Utiq; homicida ē homo hic · Qui cū
euaserit de mari · ultio non sinit eum uiuere ·
Et ille quidem excutiens bestiam in ignem ·
nihil mali passus ē; At illi estimabant eū
in tumorē conuertendū · & subito casurum & mori-
turū · Diu autem illis expectātib; & uidentib;
nihil mali in eo fieri · conuertentes se dicebāt
eum eē dm̄; In locis autem illis erant pdia
principis insule nomine publii · Qui nos sus-
cipiens triduo benigne exhibuit; Contigit
autem patrem publii febribus & dysenteria
uexatum iacere · Ad quem paulus intra-
uit · Et cum orasset & imposuisset ei manus ·
saluauit eum; Quo facto · omnes qui in in-
sula habebant infirmitates accedebant ad eum &
curabantur · Qui etiam multis honoribus
nos honorauerunt · & nauigantib; imposue-
runt que necessaria erant · Post menses autē
tres nauigauimus in naui alexandrina

que in insula hiemauerat. cui erat insigne
castorum. Et cum uenissemus siracusam. mansi
mus ibi triduo. Inde circumlegentes deueni
mus regium. Et post unam diem flante austro.
secunda die uenimus puteolos. Ubi inuentis
fratribus rogati sumus ibi manere apud eos dies
septem. Et sic uenimus romam; Et inde cum
audissent fratres occurrerunt nobis usque ad
apii forum et tribus tabernis. Quos cum ui
disset paulus. gratias agens deo accepit fiduciam.
Cum uenissemus autem romam. permissum
est paulo permanere sibimet cum custo
diente se milite. Post tercium autem diem con
uocauit primos iudeorum. Cumque conuenissent.
dicebat eis. Ego uiri fratres nihil aduersus
plebem faciens aut morem paternum. uinctus
ab iērosolimis traditus sum in manus roma
norum. Qui cum interrogationem de me
habuissent. uoluerunt me dimittere. eo
quod nulla esset causa mortis in me. Contradicen
tibus autem iudeis coactus sum appellare
cesarem. non quasi gentem meam habens

tribus tabernis est
una dictio accusa
tiui casus in declinab.

aliquid accusare. Propter hanc igitur causā
rogaui uos uidere & alloqui. Ppter spem enī
israhel catena hac circum datus sum. At illi
dixerunt ad eum; Nos neq; litteras accepim⁹
de te a iudea. neq; adueniens aliquis frm nun=
tiauit. aut locutus ē quid de te malum;
Rogamus autem a te audire que sentis; Nā
de secta hac notum est nobis. quia ubiq; ei
contradicitur; Cum constituissent autē illi
diem. uenerunt ad illū in hospitium plures;
Quibus exponebat testificans regnū dī.
suadensq; eis de ihu ex lege moysi & pphis
a mane usq; ad uesperam. Et quidam credebant
his q̄ a paulo dicebantur. quidam uero n̄
credebant; Cumq; inuicem non eēnt con-
sentientes. discedebant dicente paulo unū
uerbum; Quia bene spc scs locutus ē p ysaiam
pphām ad patres nros dicens; Vade ad pplm istū
et dic ad eos. Aure audietis & non intellige=
tis. & uidentes uidebitis & non pspicietis;
Incrassatum ē enim cor ppli huius. & aurib;
grauiter audierunt. & oculos suos cōpresse-

runt. ne forte uideant oculis & aurib; audi-
ant & corde intelligant. & conuertant'
& sanem eos. Notum ergo sit uobis quia
gentibus e missum hoc salutare di. et ipsi
audient; Et cum hec dixisset exierunt iu-
dei multam habentes inter se questionem;
Mansit aut paul' biennio toto in suo conduc-
tu. & suscipiebat omnes qui ingrediebant'
ad eum. predicans regnum di. & docens que
sunt de dno ihu xpo cum omni fiducia
sine prohibitione. Explicit lib' actuu aplo㆓.

Incipit Prolog' bti hyeronimi pbri i eplas canonicas.

Non ita ordo e apud grecos. q integre sapiunt et fidem rectam sectant'. eplar septe q canonice nuncupant'. sic in latinis codicib' inuenit'. q quia petrus pim' e in nuo aplo㆓. pme sint ecia eius epistole in ordine cetar. Sz sic euangelistas dudum ad ueritatis lineam correximus. ita has xpo ordini deo nos iuuante reddidimus. Est eni pma earum una iacobi. petri due. iohanis tres. et iude unus. Que si ut ab eis digeste sunt ita qz ab interptib' fidelr in latinu eloquiu uerterent. nec ambiguitate legentib' facerent. nec smonu sese uarietas impugnaret. illo pcipue loco. ubi de unitate tri

nitatis in pma iohis epla positum legim9 in qua
eciā ab infidelib9 trāslatorib9 multū erratū esse a
fidei vitate comperim9. triū tantūmodo vocabu
la hoc ē aque sanguinis et spūs in ipā sua editiōe
ponentes. et pris verbiqз ac sps testimonium omit
tentes. In quo maxime et fides katholica roborat9
et pris et filii et sps scti una diuinitatis subā com
pbat9. In ceteris vō eplis qntū a nra alioz distet
editio. lectoris prudentie derelinq°. Sz tu virgo xpi
eustochiū. dū a me impensi9 scripture vitatē in
quiris. meā quodāmodo senectutē inuidoz den
tib9 corrodendam exponis. q me falsariū cor
ruptoremqз sctaz pnunciāt scripturaz. Sz ego in
tali ope nec emuloz meoz inuidentiā ptimesco.
nec sancte scripture veritatem poscentib9 denega
bo. Explicit prolog9 sci hyero in eplis canonicas.
Incipit prolog9 in eplām scti iacobi apli ex
libro sancti hyeronimi pbri de viris illustrib9.

Iacob9 apls dei qui appellat9 fr dñi cognomento
iustus. non ut alii estimant q9 ioseph genue
rit eū ex alia uxore. sz ut m videtur fili9 soro
ris marie mris dñi fuit. Cui9 in libro suo io
hānes meminit. Hic p9 passioē dñi statim ab
aplis eps hyerosolimoz ordinat9. unā tm eplaz
scripsit. q de septem canonicis ē. Egisyppus
autē vicin9 aploz tpib9. de iacobo narrans
ait. Suscepit ecclaз post aplos iacob9 cogno
mento iustus. Multi eni iacobi vocant9. sz hic
de utero mris sctificat9. nullam carnē man

duxerunt · nec unquam attonsus est · Oleo non est un
ctus · balneo non est usus · Huic soli licitum est ingredi
sancta sanctorum · Siquidem vestibus laneis non utebatur
sed lineis · et tantis genibus pro populo deprecabatur intim ·
ut duriciam camelorum eius genua traxisse cre
dantur · Josephus autem et clemens dicunt · Amarius
pontifex consilium constituit · et publice compel
lens iacobum · ut dei filium denegaret · Confitentem
tem lapidari iussit · Qui cum precipitatus esset de pinna
templi · confractis cruribus semivivus proclamans ait ·
ignosce illis domine · et fullonis fuste in cerebro per
cussus interiit · De quo et paulus apostolus dicit · Alium
apostolorum neminem vidi · nisi iacobum fratrem domini · Tri
ginta annis rexit ecclesiam · iuxta templi angulum
sepultus est · Dicunt quidam epistolam iacobi quod ab alio
edita sit sub eius nomine · sed falsa eorum opinio est ·

Explicit prologus ·

Argumentum in epistolam sancti Jacobi apostoli ·

Iacobus apostolus sanctum instruit clerum de cultura celestium preceptorum · et regula catholice observantie · et de invicte pacientie maiestate · et de revelatione plurimorum et mendacio magistrorum ·

Explicit argumentum ·

Incipit epistola sancti iacobi apostoli ·

Capitulum primum ·

Iacobus dei et domini nostri ihesu christi seruus.
duodecim tribubus que sunt in dispersio
ne salutem; Omne gaudium existimate fratres
mei cum in temptationes uarias incideritis.
scientes quod probatio fidei patientiam ope
ratur. patientia autem opus perfectum habet.
ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes.
Si quis autem uestrum indiget sapientia postu
let a deo. qui dat omnibus affluenter et non im
properat. et dabitur ei. Postulet autem in fide.
nihil hesitans. Qui enim hesitat. similis est fluc
tui maris. qui a uento mouetur et circumfertur.
Non ergo estimet homo ille quod accipiat ali
quid a domino. Vir duplex animo inconstans est
in omnibus uiis suis. Glorietur autem frater hu
milis in exaltatione sua. diues autem in humi
litate sua. quoniam sicut flos feni transibit. Exor
tus est enim sol cum ardore et arefecit fenum.
et flos eius decidit. et decor uultus eius deperiit;

Ita et diues in itineribus suis marcescet.

Beatus uir qui suffert temptationem. qm̄ cum
pbatus fuerit accipiet corona uite. quā rep̄mi
sit ds̄ diligentibus se; Nemo cum temptatur
dicat. qm̄ a dō temptatur. Ds̄ enim intemptator
malorum ē. Ipse eni̅ neminem temptat. Unus
quisq; uero temptatur a concupiscentia sua ab
stractus & illectus; Deinde concupiscentia cum
conceperit parit peccatū. peccatū uero cum con
summatum fuerit generat mortem.

Nolite itaq; errare frs̄ mei dilectissi̅. Omne datū opti
mum & omne donū pfectū de sursum ē. descen
dens a patre luminū. apud quem non ē transmu
tatio. nec uicissitudinis obumbratio; Volunta
rie enim genuit nos uerbo ueritatis. ut simus
initium aliquod creature eius; Scitis frs̄ mei di
lectissimi; Sit autē omnis homo uelox ad audien
dum. tardus autē ad loquendum / & tardus ad
iram; Ira eni̅ uiri. iusticiā dī non operatur.

Propter quod abicientes omnē inmundiciam
et abundantiā malitię. in mansuetudine
suscipite insitum uerbū. quod potest saluare

animas uras. Estote autem factores uerbi & non au
ditores tantum fallentes uosmetipsos. quia si quis
auditor ē uerbi & non factor. hic comparabitur
uiro consideranti uultum natiuitatis suę in specu
lo; Considerauit enim se & abiit. & statim oblitus
est qualis fuerit. Qui autē pspexerit in legē pfectę
libertatis & pmāsit ī ea. nō auditor obliuiosus fac
tus sed factor operis. hic beatus in facto suo erit.
Si quis autē putat se religiosum ēē. non refrenans
linguam suam sed seducens cor suum. huius uana
est religio; Religio munda & inmaculata apud
dm̄ & patrē hęc ē. uisitare pupillos & uiduas in tribu
latione eorum. et īmaculatū se custodire ab hoc sclo.

Fratres mei. nolite in psonarum acceptione habere fi- C II.
dem dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i glorię. Etenim si introie
rit in conuentum urm̄ uir aureum anulū habens
in ueste candida. introierit autē & paup in sordido
habitu. & intendatis in eum qui indutus ē ueste p
clara. & dixeritis tu sede hic bene. pauperi autē di
catis tu sta illic. aut sede sub scabello pedū meoꝝ.
nonne iudicatis apud uosmetipsos. & facti estis iu
dices cogitationū iniquarum. Audite frs mei

dilectissimi; Nonne d(eu)s elegit pauperes in hoc mun
do · diuites in fide & heredes regni · q(uo)d repromisit
diligentibus se. Vos autem exhonorastis pauperem;
Nonne diuites p(er) potentiam opprimunt uos · & ip=
si = trahunt uos ad iudicia. Nonne ipsi blasphemant
bonum nomen quod inuocatum est sup(er) uos. Si tamen
legem p(er)ficitis regalem secundum scripturas:
Diliges p(ro)ximum tuum sicut te ipsum · bene facitis · Si
autem p(er)sonas accipitis · peccatum operamini ·
redarguti a lege quasi transgressores · Quicumq(ue)
autem totam legem seruauerit · offendat autem in uno ·
factus est omnium reus · Qui enim dixit non mechabe=
ris · dixit & non occides · Quod si non mechaberis ·
occidas autem · factus es transgressor legis · Sic loquimi
ni & sic facite · sicut p(er) legem libertatis incipientes
iudicari · Iudicium enim sine mis(eri)c(or)dia illi qui non
fecit misericordiam. Sup(er)exaltat autem mis(eri)c(or)dia iudicium ·
Quid p(ro)derit fratres mei si fidem quis dicat se
habere · opera autem non habeat. Numquid po=
terit fides saluare eum? Si autem frater aut soror nudi
sint & indigeant uictu cotidiano · dicat autem
aliquis de uobis illis ite in pace · & calefacimini

& saturamini · non dederitis autem eis que necessaria
sunt corpori · quid proderit · Sic & fides si non
habeat opera · mortua est in semetipsa : Sed dicet quis ·
Tu fidem habes & ego opera habeo ; Ostende mihi fidem
tuam sine operibus · & ego ostendam tibi ex operibus
fidem meam · Tu credis quoniam unus est deus · bene facis · Et
demones credunt & contremiscunt ·

Vis autem scire o homo inanis · quoniam fides sine ope-
ribus otiosa est · Abraham pater noster nonne ex
operibus iustificatus est · offerens ysaac filium suum
super altare · Vides quoniam fides cooperabatur operibus
illius · & ex operibus fides consummata est · et supple-
ta est scriptura dicens · Credidit abraham deo · & repu
tatum est illi ad iusticiam · & amicus dei appellatus est ·
Vides quoniam ex operibus iustificatur homo · & non
ex fide tantum · Similiter autem & raab meretrix
nonne ex operibus iustificata est · suscipiens nuntios
& alia via eiciens · Si enim corpus sine spiritu mor
tuum est · ita & fides sine operibus mortua est · C. III.

Nolite plures magistri fieri fratres mei · scientes quoniam
maius iudicium sumitis · In multis enim offen
dimus omnes · Si quis in verbo non offendit · hic perfe-

tus est uir. Potest etiam freno circumducere totum corpus. Sic autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis. et omne corpus illorum circumfe rimus. ecce et naues cum magne sint et a uentis ualidis minentur. circumferuntur a modico guberna culo. ubi impetus dirigentis uoluerit. ita et lingua modicum quidem membrum est. et magna exaltat; Ecce quantus ignis. quam magnam siluam incendit. Et lingua ignis est. vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris. que maculat totum corpus. et inflamat rota natiuitatis nostre inflammata a gehenna; Omnis enim natura bestiarum et uolucrum et serpentium. et ceterorum domantur et domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest. Est enim inquietum malum. et plena ueneno mortifero; In ipsa benedicimus deum et patrem. et in ipsa maledicimus homines. qui ad similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio; Non oportet fratres mei hec ita fieri; Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam. Numquid potest fratres

ficus uuas facere. aut uitis ficus. Sz neq; salsa dul
cem potest facere aquam. Quis sapiens & discipli
natus int uos. Ostendat ex bona conuersatione sua
operationem suam. in mansuetudine sapientie.
Quod si zelum amarum habetis & contentiones
sūt in cordib; uris. nolite gloriari & mendaces
esse aduersus ueritatem. Non ē eñi ista sapientia
desursum descendens. sed terre-
na animalis diabolica. Ubi eñi zelus & conten
tio. ibi inconstantia & omne opus prauum.
Que aut desursum est sapientia. primū quidē
pudica ē. deinde pacifica modesta suadibilis bonis consentiēs.
plena misericordia & fructibus bonis. iudicans
sine simulatione. Fructus aut iusticie in pace semi
natur facientibus pacem. C. IIII.

Unde bella & lites in uobis. Nonne ex concu
piscentiis uris. que militant in membris uris. Con
cupiscitis & n̄ habetis. occiditis & zelatis. & n̄ potestis
adipisci. litigatis & belligeratis & n̄ habetis. propter
quod n̄ postulastis. Petitis & non accipitis. eo quod
male petatis. ut in concupiscentiis uris insumatis. Adul
teri. nescitis quia amicitia hui' mundi inimica ē deo.

Quicumq; ergo uoluerit amicus esse s(e)c(u)li huius. inimicus d(e)i constituitur. An putatis quia inaniter scriptura dicat. Ad inuidiam concupiscit sp(iritu)s qui inhabitat in uobis. Maiorem aut(em) dat gr(ati)am; Propter quod dicit. D(eu)s sup(er)bis resistit. humilib(us) aut(em) dat gr(ati)am; Subditi igitur estote deo. Resistite dyabolo. & fugiet a uob(is). Appropinquate deo. et appropinquabit uobis. Emundate manus peccatores. & purificate corda duplices animo. Miseri estote & lugete. Risus uester in luctum conu(er)tatur. & gaudiu(m) in merore(m); Humiliamini in conspectu domini. et exaltabit vos.

Nolite detrahere alterutrum fr(atre)s mei. Qui detrahit fr(atr)i aut qui iudicat fr(atre)m suum. detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas lege(m). non es factor legis sed iudex; Unus e(st) enim legislator & iudex. qui potest p(er)dere & liberare. Tu aute(m) quis es qui iudicas p(ro)ximum tuum.

Ecce nunc qui dicitis. hodie aut crastino ibimus in illa(m) ciuitatem. & faciem(us) quidem ibi annum. & mercabimur & lucru(m) faciemus. qui ignoratis quid sit in crastinu(m). Que e(st) enim uita u(est)ra. Vapor

est ad modicum parens· deinceps exterminabitur;
Pro eo ut dicatis si dns uoluerit· & si uixerimus facie-
mus hoc aut illud· Nunc autem exultatis in superbiis
uris· Omnis exultatio talis maligna est· Scienti igitur
bonum facere & non facienti· peccatum est illi· Ev. et ultimum.

Agite nunc diuites· plorate ululantes in miseriis uris.
que aduenient uobis; Diuitię urę putrefactę
sunt· & uestimenta ura atineis comesta sunt· Au-
rum & argentum urm eruginauit· & erugo eoru
in testimonium uobis erit· & manducabit carnes
uras sicut ignis· Thesaurizastis uob iram i nouissis dieb.
Ecce merces operarior uror q messuerunt regiones
uras· que fraudata e a uobis clamat· & clamor
eorum in aures dni sabaoth introiuit· Epulati
estis sup terram· & in luxuriis enutristis corda ura·
In die occisionis adduxistis & occidistis iustum· & n
restitit uobis· Patientes igitur estote frs· usque ad
aduentum domini·

Ecce agricola expectat ptiosum fructum terrę·
patienter ferens donec accipiat temporaneu & sero
tinum· Patientes estote et uos· & confirmate
corda ura· qm aduentus dni appropinquabit· Nolite

ingemiscere f̄rs in alterutrum· ut non iudicemini·
Ecce iudex ante ianuam assistit· Exemplum accipi
te f̄rs laboris & patientię ꝓphas qui locuti sunt
innomine dn̄i·
Ecce beatificam⁹ eos q̄ sustinuerunt. Sufferentiam
iob audistis· & finem dn̄i uidistis· qm̄ misericors ē
domin⁹ et miserat — oz· Ante oīa autem f̄res
mei nolite iurare· neq; ꝑ celū nq; ꝑ t̄rā· neq; aliud quod
cumq; iuramentū. Sit aūt s̄mo ū͞r est est non non·
ut non sub iudicio decidatis· Tristatur aliquis ur̄m·
oret equo animo & psallat· Infirmat̄ aliquis ex uob·
inducat p̄rbros eccl̄ę et orent sup eum· ungentes
eum oleo innomine dn̄i· & oratio fidei saluabit in
firmum· & alleuabit eum dn̄s· & si in peccatis sit
dimittentur ei; Confitemini ergo alterutrum pec
cata ur̄a· & orate ꝓ inuicem ut saluemini· Multum
enim ualet depcatio iusti assidua·
Helias homo erat similis nobis passibilis· & oratione
orauit ut non plueret sup terrā· & n̄ pluit annos
tres & menses sex· Et rursum orauit· & celū dedit
pluuiam· & t̄ra dedit — fructū suū· F̄rs mei· si quis
ex uobis errauerit a ueritate & conuerterit quis eū

scire debet· q̄m qui conuerti fecerit peccatorem
aberrore uię suę saluabit animā eius amorte·
& operit multitudinem peccatorum ⁓

Explicit epistola sancti iacobi apostoli ⁓

Argumentum in epistolam primam sancti petri apostoli

Symon petrus filius iohannis prouincie galylee vico bethsaida · frater andree apostoli · discipulos saluatoris inuicti toto orbe diffusos et peregrinos in hoc seculo monstrat · et preterite vite suadet · et in nouam vitam proficere tota cum sollicitudine exhortatur. Explicit argumentum. Incipit epistola i s. petri apostoli. Ca. i.

PETRUS APOSTOLUS IHESU XPISTI · ELECTIS ADUENIS DISPERSIONIS ponti galatie capadotie asie et bithinie · secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus · in obedientiam et aspersionem sanguinis ihesu xpisti ·

Gra uobis & pax multiplicetur; Benedictus ds & pa
ter dni nri ihu xpi · qui secundu magna misericdiam
suam regenerauit nos in spem uiua per resurrectione
ihu xpi ex mortuis · in hereditatem incorruptibi
lem & incontaminata & inmarcescibilem conser
uatam in celis · in uobis qui in uirtute di custodi
mini per fidem · in salute paratam reuelari in tempo
re nouissimo · In quo exultabitis modicum nunc si
oportet contristari in uariis temptationibus · ut pro
batio fidei ure multo pretiosior sit auro quod per ig
nem probatur · inueniatur in laudem & glam & ho
norem in reuelatione ihu xpi · Quem cum non uide
ritis diligitis · in quem nunc quoque non uidentes creditis ·
Credentes aute exultabitis letitia inenarrabili & glo
rificata · reportantes finem fidei ure salute animaru urarum ·
De qua salute exquisierunt
atque scrutati sunt prophete · qui de futura in uobis
gra prophetauerunt · scrutantes quod uel quale
tempus significaret in eis sps xpi prenuntians eas
que in xpo sunt passiones & posteriores glas Quibus
reuelatum est quia non sibi ipsis · uobis autem
ministrabant ea que nunc nuntiata sunt uobis

p eos qui euangelizauerunt vobis· spu sco misso de ce
lo· in quem desiderant angli pspicere·
Propter quod succincti lumbos mentis urę· sobrii
pfecti sperate in eam que offertur uobis gram in
reuelatione ihu xpi quasi filii obedientię· non con
figurati priorib; ignorantię urę desideriis· sed secun
dum eum qui uocauit uos scm· ut et ipi sci ī omni
conuersatione sitis· qm scriptum est· Sci eritis·
qm ego scs sum· Et si patrem inuocatis eum qui
sine acceptione psonarum iudicat secundum
uniuscuiusq; opus· in timore incolatus uri tempore
conuersamini. Scientes quod non corruptibilibus
auro ul argento redempti estis de uana ura con
uersatione paternę traditionis· sed ptioso sangui
ne quasi agni incontaminati et immaculati xpisti i
p cogniti quidem ante constitutionem mundi
manifestati autem nouissimis temporibus
ppter uos qui p ipsum fideles estis in do. Qui susci
tauit eum a mortuis· & dedit ei glam· ut fides ura
& spes ēēt in do. Animas uras castificantes in obe
dientia caritatis· in fraternitatis amore. Simplici
ex corde inuicem diligite attentius· renati n

ex semine corruptibili sed incorruptibili · p uerbũ
dĩ uiui & pmanentis ĩ etnũ · Quia oĩs caro ut fenum.
& omnis gl̃a eius tanqm̃ flos feni ; Exaruit
fenum & flos eius decidit · uerbum autem dñi
manet in eternum · Hoc autem ẽ ṽbum · quod
euangelizatum est in vos. En.

Deponentes igitur omnem
malitiam & omnẽ dolum & simulationes & in
uidias & omnes detractiones · sicut modo geniti
infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite.
ut in eo crescatis in salutem · si tamen gustastis qm̃
dulcis est dñs · Ad quem accedentes lapidem uiuũ ·
ab hominib; quidem rep̄batum · a dõ autem elec
tum & honorificatum ·
et ipsi tanquam lapides uiui sup edificamini
domos spirituales sacerdotium sc̃m · offerre spiritu
ales hostias acceptabiles dõ p ih̃m xp̄m · Ppter q̊d
continet scriptura · Ecce ponã in syon lapidem sum
mum angularem electum p̄tiosum · &
qui crediderit in eũ non confundetur · Vobis igitur
honor credentib; · non credentibus autem lapis quẽ
rep̄bauerunt edificantes · hic factus ẽ in caput an

guli · & lapis offensionis & petra scandali his qui
offendunt uerbo · nec credunt in quo & positi sunt;
Vos autem genus electum · regale sacer=
dotium · gens sancta · populus acquisitionis · ut uirtu
tes annuntietis eius qui de tenebris uos uocauit
in admirabile lumen suum. Qui aliquan=
do non populus · nunc autem populus dei · Qui non con
secuti misericordiam · nunc autem misericordiam consecuti ·
Karissimi · obsecro uos tamquam aduenas & pere=
grinos · abstinere uos a carnalibus desideriis
quę militant aduersus animam · conuersationem
uestram inter gentes habentes bonam · ut in eo quod
detractant de uobis tan-quam de malefactoribus;
ex bonis operibus uos considerantes glorificent
deum in die uisitationis. Subiecti estote
omni humanę creaturę propter deum · siue regi qua
si precellenti · siue ducibus quasi ab eo missis
ad uindictam malefactorum · laudem uero bo=
norum. Quia sic est uoluntas dei · ut benefacien=
tes obmutescere faciatis inprudentium hominum
ignorantiam. Quasi liberi & non
quasi uelamen habentes malitię libertatem · sed

sicut serui di̅ · Omnes honorate · fraternitatem di
ligite · Dm̅ timete · regem honorificate · Serui subdi-
ti estote in omni timore dominis · non tantum bo
nis & modestis · sed & iam discolis. Hec est enim gr̅a ·
si pp̅ter conscientiam di̅ sustinet quis tristiciam
patiens iniuste · Que enim gracia est · si peccan
tes & colafizati suffertis. Sz si benefacientes pa
tienter sustinetis · hec est gr̅a apud dm̅ ; In hoc
enim uocati estis · quia & xp̅c passus est pro nobis
vobis relinquens exemplum · ut sequamini uesti-
gia eius · Qui peccatum non fecit · nec inuentus
est dolus in ore eius · Qui cum malediceretur
non maledicebat · Cum pateretur non commina
batur · Tradebat autem iudicanti se iniuste · qui
peccata nr̅a ipse p̅tulit in corpore suo sup lignū ·
ut peccatis mortui iusticie viuamus · cuius
liuore sanati estis · Eratis enim sicut oues er
rantes · sed conuersi estis nunc ad pastorem & episco
pum animarum ur̅arum · C m ·

Similiter & mulieres subditę sint uiris suis · ut &
si qui non credunt uerbo · p mulierum conuersa
tionem sine uerbo lucrifiant · considerantes in

timore sanctam conuersationem vr̃am. Quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti uestimentorum cultus. sed qui absconditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti & modesti sp̃c. qui est in conspectu dĩ locuples. Sic enim aliquando & sc̃e mulieres sperantes in dõ ornabant se subiecte ppriis uiris. sicut sara obediebat abrahe. dominũ eum uocans. Cuius uos estis filie benefacientes & non timentes ullam pturbationem.

Viri similiter cohabitantes secundum scientiã quasi infirmiori uasculo muliebri. impertientes honorem tanquam & coheredibus gr̃e uite. ut non impediantur orationes ur̃e. In fide autem omnes unanimes. compatientes. fr̃nitatis amatores. mis̃icordes modesti humiles. Non reddentes malũ p malo. nec maledictum p maledicto. sed econtrario benedicentes. quia in hoc uocati estis. ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim uult uitam diligere & uidere dies bonos. coerceat linguam suam a malo. & labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo

& faciat bonum · inquirat pacem & sequatur eã·
Quia oculi dñi sup iustos· & aures eius in p̃ces eoꝝ.
uultus autem dñi sup facientes mala· Et quis est
qui uobis noceat· si boni emulatores fueritis. Sed
& si quid patimini ꝑpter iusticiam beati.
Timorem autem eorum ne timueritis· ut non
conturbemini · Dñm autẽ xp̃m sc̃ificate in cor
dibus uris· parati semꝑ ad satisfactionem omni
poscenti uos rationem de ea que in uobis ẽ fide et spe
Sed cum modestia & timore conscientiam habentes
bonam· ut in eo quod detrahũt d̃ uobis confun
dantur· qui calumniantur urã bonam in xp̃o
conuersationem ·
Melius est enim benefacientes si uelit uoluntas
dei pati· quam malefacientes· Quia et xp̃us sel' pro
pc̃tis nr̃is mortuus est iustus p iniustis· ut nos of
ferret d̃o· mortificatos quidẽ carne· uiuificatos ãt spũ·
In quo & his qui in carcere erant spiritu ueni
ens p̃dicauit qui increduli fuerant aliquando qñ
expectabat dĩ patientia in dieb' noe cum fa
bricaretur archa · in qua pauci id ẽ octo anime
salue facte sunt per aquam ·

i

Quod & uos nunc similis formę saluos facit baptisma non carnis depositio sordium. sed conscientię bonę introgatio in deum. per resurrectionem ihesu christi qui est in dextera dei patris. deglutiens mortem ut uitę ęternę heredes efficeremur. profectus in celum. subiectis sibi angelis et potestatibus et uirtutibus.

Christo igitur passo in carne. & uos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne desiit a peccatis. ut iam non hominum desideriis. sed uoluntati dei quod reliquum est in carne uiuat temporis. Sufficit enim preteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam. qui ambulauerunt in luxuriis desideriis uinolentiis comessationibus potationibus et illicitis ydolorum cultibus. in quibus nunc obstupescunt. In quo admirantur non concurrentibus uobis in eandem luxurię confusionem blasphemantes. qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos.

Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est. ut iudicentur quidem secundum homines in carne. uiuant autem secundum deum in spiritu.

Omnium autem finis apppinquabit. Estote
itaque prudentes. & uigilate in orationibus. Ante
om̄a aūt mutuā ī uob̄ metipsis caritatē continuā
habentes. quia caritas operit multitudinē pecca
torum; Hospitales inuicem sine murmuratione.
Unusquisq; sicut accepit gr̄am in alterutrū illā
amministrantes. sicut boni dispensatores multi
formis gr̄e di. Siquis loquitur quasi sermones
di. siquis ministrat tanquam exuirtute quam
amministrat ds. ut in omnib; honorificet ds
p ih̄m xp̄m. cui est gl̄a & imperiū in sc̄la seculoꝝ;
Karissimi. nolite peregrinari in feruore
qui ad temptationē uobis fit. quasi noui ali
quid uobis contingat. sed communicantes xp̄i
passionibus gaudete. ut & ī reuelatione glorie
eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in
nomine xp̄i. beati eritis. qm̄ qd̄ ē honoris glē et vir-
tutis dei et q ē ei9 sp̄s. sr̄ vos requiescit. Nemo āt ur̄m patiat
quasi homicida aut fur aut maledicus. aut
alienorum appetitor. Si autem ut xp̄ianus.
non erubescat. Glorificet aūt dm̄ in isto nomi
ne. qm̄ tempus ē ut incipiat iudicium a

domo dei. Si autem primum a nobis. quis finis eorum
qui non credunt dei euangelio. Et si iustus quidem uix sal
uabitur. impius et peccator ubi parebunt. Itaque
et hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei. fi
deli creatori commendent animas suas in benefactis.

Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro E v. uult dominus
consenior et testis xpi passionum. qui et eius
que in futuro reuelanda est glorie communicator.
Pascite qui est in uobis gregem dei. prouidentes non co
acte sed spontanee secundum deum. neque turpis lucri
gratia sed uoluntarie. neque ut dominantes in cleris.
sed forma facti gregis ex animo. ut cum apparuerit
princeps pastorum. percipiatis inmarcescibilem glorie
coronam. Similiter et adolescentes subditi
estote senioribus. Omnes autem inuicem humilita
tem insinuate. quia deus superbis resistit. humilibus
autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub po
tenti manu dei. ut uos exaltet in tempore uisitati
onis. omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum.
quoniam ipsi cura est de uobis. Sobrii estote et uigila
te. quia aduersarius uester diabolus tanquam leo ru
giens circuit querens quem deuoret. cui resistite

fortes in fide· Scientes eãdem passionem ei que in mundo est urẽ frnitati fieri·

Deus autem omnis gratie qui uocauit nos in etnam suam gl̃am in xp̃o ihu modicum passos· ipse pficiet confirmabit solidabitq;· Ipsi gl̃a & imperium in secula seculorũ amen· Per siluanum fidelem frẽm vobis ut arbitror breuiter scripsi· obsecrans & contestans hanc esse uerã grãm di in qua statis. Salutat uos ecc̃ta que ẽ in babylone coelecta· & marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sc̃o. Grã uobis omnib; qui estis in xp̃o ihu amen.

Explicit epistola prima sancti petri apostoli·

Argumentum i(n) ep(isto)laz s(e)c(un)daz beati petri apostoli

Per fidem huic mundo sapientes mortuos esse declarat. eiusdemq(ue) pietatis quanta sit magnitudo luce clarius manifest at.

Explicit argument um.

Incipit ep(isto)la s(e)c(un)da s(an)c(t)i petri ap(osto)li. C(apitulum) I.

SYMON PETRUS SERUUS ET APOSTOLUS IH(ES)U XPI. HIS QUI coequalem nob(is)cu(m) sortiti sunt fidem in iusticia d(e)i n(ost)ri & saluatoris ih(es)u xpi. Gracia uobis & pax adimpleatur in cognitione d(e)i et d(omi)ni n(ost)ri ih(es)u xpi quomodo omnia nobis diuine uirtutis sue que ad uitam & pietatem donata sunt. p(er) cognitionem eius qui uocauit nos p(ro)pria gloria & uirtute. p(er) que maxima & p(re)tiosa nobis p(ro)missa donauit. ut p(er) hec efficiamini diuine consortes nature. fugientes eius que in mundo est

concupiscentie corruptionem.

Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide uestra uirtutem. in uirtute autem scientiam. in scientia autem abstinentiam. in abstinentia autem patientiam. in patientia autem pietatem. in pietate autem amorem fraternitatis. in amore autem fraternitatis caritatem. Hec enim si uobiscum assint & superent. non uacuos nec sine fructu uos constituent in domini nostri ihesu christi cognitione. Cui enim non presto sunt hec. cecus est & manu temptans. obliuionem accipiens purgationis ueterum suorum delictorum. Quapropter fratres magis satagite. ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Hec enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in eternum regnum domini nostri & saluatoris ihesu christi. Propter quod incipiam uos semper commonere de his. & quidem scientes et confirmatos vos in presenti ueritate. Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare uos in commonitione. certus quod uelox est depositio tabernaculi mei. secundum quod & dominus noster ihesus christus significauit mihi.

Dabo autem operam & frequenter habere uos
post obitum meum ut horum memoriam
faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus
uobis domini nostri ihesu xpisti uirtutem & prescientiam. sed specula
tores facti illius magnitudinis. Accipiens enim
a deo patre honorem & gloriam uoce delapsa ad eum
huiuscemodi a magnifica gloria. hic est filius meus
dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite. et
hanc uocem nos audiuimus de celo allatam. cum
essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem
propheticum sermonem. Cui benefacitis attendentes
quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. donec dies
illucescat & lucifer oriatur in cordibus uestris.
Hoc primum intelligentes. quod omnis prophetia
scripture propria interpretatione non fit. Non enim
uoluntate humana allata est aliquando prophetia.
sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Cii

Fuerunt uero & pseudo prophete in populo. sicut & in
uobis erunt magistri mendaces. qui introducent
sectas perditionis. & eum qui emit eos dominum negant.
superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequen
tur eorum luxurias. per quos uia ueritatis blasphe

mabitur · & in auaritia fictis uerbis de uobis nego-
tiabuntur. Quib; iudicium iam olim non cessat ·
& pdītio eorum non dormitat.
Si enim ds angelis peccantibus non pepcit · sed ru-
dentibus inferni detractos in tartarum tradidit
in iudiciū cruciandos reseruari · & originali mun
do non pepcit · sed octauum noe iusticię pconem
custodiuit · diluuium mundo impiorum inducens · &
ciuitates sodomorum & gomorreorū in cinerem
redigens euersione damnauit · exemplum eorum
qui impie acturi sunt ponens · & iustum loth
oppssum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione
eripuit · aspectu enim & auditu iustus erat · habitans
apud eos qui de die in diem animā iustā iniquis
operibus cruciabant · nouit deus pios de tempta
tione eripere · iniquos uero in diem iudicii cruci
andos reseruare · Magis autem eos qui post carnē
in concupiscentia inmunditię ambulant · domi
nationemq; contempnunt · audaces sibi placen
tes · sectas non metuunt introducere blasphemantes ·
ubi angeli fortitudine & uirtute cum
sint maiores non portant aduersum se exsecra-

bile iudiciū. Hi uero qui uelut irrationabilia
pecora naturalit̄ in captionem & in pnitiem in
his que ignorant blasphemantes in corruptione
sua peribunt. pcipientes mercedem iniusticie. Vo
luptatem existimantes diei delitias coinquinati
onis & macule. delitiis affluentes. in conuiuiis su
is luxuriantes uobiscum. oculos habentes plenos
adulterio & incessabilis delicto. pellicientes animas
instabiles. Cor exercitatum auaritie habentes. ma
ledictionis filii. derelinquentes rectam uiam erra
uerunt secuti uiam balaam ex bosor. qui merce
dem iniquitatis amauit. Correptionem uero ha
buit sue uesanie. Subiugale mutum animal
hominis uoce loquens. phibuit pphe insipientiā.
Hii sunt fontes sine aqua & nebule turbi
nibus exagitate. quibus caligo tenebrarum
reseruatur. Superbia enī uanitatis loquentes. pelli
ciunt in desideriis carnis luxurie eos qui paululū
effugiunt. qui in errore conuersati libertatem
illis pmittentes. cum ipsi serui sint corruptionis.
A quo enim quis superatus ē. huī & seruus est. Si enī
refugientes coinquinationes mundi in cognitio

ne dni nri et saluatoris ihu xpi. his rursus impli-
cati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora
prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere
uiam iustitie. quam post agnitionem retrorsum
conuerti ab eo quod illis traditum e sco manda
to. Contigit eni eis illud ueri puerbii. Canis reuersus
adsuum uomitum. et sus lota inuolutabro luti.

Hanc ecce uob karmi secundam scribo eptam. Cap. ul.
in quib; excito urm in commonitione sinceram
mentem. ut memores sitis eoru que pdixi uerbox
a scis pphis et aptorum urorum. peceptorum dni
et saluatoris; Hoc primu scientes quod uenient
innouissimis diebus indeceptione illusores. iuxta
pprias concupiscentias ambulantes dicentes;
Ubi est pmissio aut aduentus eius. Exquo enim
patres dormierunt. omnia sic pseuerant ab initio
creature. Latet enim eos hoc uolentes. quod celi
erant prius. et terra de aqua. et p aquam consistens
di uerbo. p que ille tunc mundus aqua inun
datus periit. Celi autem qui nunc sunt et terra.
eodem uerbo repositi sunt. igni reseruati in diem
iudicii et pditionis impioru hominu.

ñ

Unum uero hoc non lateat uos k̄mi · quia unus di-
es apud deum sicut mille anni · & mille anni sicut
dies unus. Nō tardat dn̄s pmissioꝫ sic̄ quidā existimāt · ſꝫ pacienť agit
ppter uos · nolens aliquos perire · sed omnes ad pe-
nitentiam reuerti · Adueniet autem dies dn̄i ut
fur · in qua celi magno impetu transient · elementa
uō calore soluent̄. t̄ra āt & q̄ ī ipa s̄ oīa opa exurent̄. Cū hec igit̄ oīa
dissoluenda sint · quales optet uos ēē in sc̄is con
uersationibus & pietatib; · expectantes & pperan-
tes in aduentū diei dn̄i nr̄i ih̄u x̄ · p quē celi ardentes sol-
uentur · & elementa ignis ardore tabescent̄.
Nouos uero celos & nouā terram & pmissa ipi9 ex
pectam̄ · ī qb; iustitia h̄itat · Propter qđ k̄mi hec expectantes ·
satagite inmaculati & inuiolati ei inueniri in
pace · & dn̄i nr̄i longanimitatem salutē arbitrami-
ni · sicut & carissimus fr̄ nr̄ paulus secundū datam
sibi sapientiam scripsit uob · sicut & in omnibus
ep̄lis loquens in eis de his · In quib; sunt quędam
difficilia intellectu · quę indocti & instabiles depra-
uant · sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorū pdi
tionem · Uos igitur fr̄s p̄scientes custodite · ne in
sipientium errore traducti · excidatis a ppria

firmitate. Crescite uero in gr̃a & cognitione d̃ni nr̃i nr̃i ihũ x̃ ₇ saluatoris. Ipsi gl̃a & nunc & in diem eternitatis. Amen.

Expliciat secũ da epistola sancti petri apostoli.

Argumentum in epistolam primam beati Johannis apostoli et evangeliste

Rationem verbi quod deus ipse sit caritas manifestat. et osores fratrum nec deum scire nec pios fieri posse eo usque disserat. ut esse comprobet homicidas. eo quod odium sit interfectionis occasio. Explicit argumentum.

Johannis Incipit epistola prima sancti apostoli et evangeliste. C. i.

Quod fuit ab inicio. quod audivimus quod vidimus oculis nostris. quod perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite. Et vita manifestata est. et vidimus et testamur et annuntiamus vobis vitam eternam. que erat apud patrem et apparuit nobis. Quod vidimus et audivimus annuntiamus vobis. ut et vos societatem habeatis nobiscum. et societas nostra sit cum patre et filio eius ihesu christo. Et hec scribimus vobis ut gaudeatis. et gaudium vestrum sit plenum.

Et hec est annuntiatio quã audiuim⁹ ab eo &
annunciauim⁹ uob. Qm ds lux est. & tenebre
in eo non sunt ulle.
Si dixerimus qm societatem habemus cum eo
& in tenebris ambulamus mentimur. & non
facimus ueritatem. Si autem in luce ambulam⁹
sicut & ipse est in luce. societatem habemus ad
inuicem. & sanguis ihu filii eius mundat nos
ab omni peccato; Si dixerimus qm peccatũ
non habemus. ipsi nos seducimus. & ueritas in
nobis non ē; Si confiteamur peccata nra. fide
lis et iust⁹ est ut remittat nob peccata nra.
& emundet nos ab omni iniquitate. Si dixeri
mus qm non peccauimus. mendacẽ facim⁹ eũ.
& uerbum eius non est in nobis. C II.
Filioli mei. hec scribo uobis ut non peccetis;
Sed & si quis peccauerit. aduocatum habemus
apud patrem ihm xpm iustum. & ipse est ppicia
tio p peccatis nris. Non p nris autem tantum.
sed & iam p totius mundi. Et in hoc scimus
quoniam cognouimus eum. si mandata eius obserue=
mus. Qui dicit se nosse eum & mandata eius

non custodit. mendax est. & in eo ueritas non est.
Qui autem seruat verbum eius. uere. in hoc
caritas di pfecta est. In hoc scimus qm in ipso su=
mus. Qui dicit se in ipso manere. debet sicut ille
ambulauit & ipse ambulare.

Karmi. non mandatu nouum scribo uob. sed
mandatum uetus quod habuistis abinitio. Man
datum uetus est uerbum quod audistis. Iterum
mandatum nouum scribo uobis. quod e uerum
& in ipso & in uobis. qa tenebre transierunt. &
lumen uerum iam lucet; Qui dicit se in luce ee
& fratrem suum odit. in tenebris est usq adhuc; Qui
diligit frem suum in lumie pmanet. & scandalum
in eo non est; Qui autem odit frem suum. in tene
bris est & in tenebris ambulat. & nescit quo eat.
quo tenebre obcecauerunt oculos eius.

Scribo uobis filioli. qm remittuntur uob pecca
ta pp nomen eius. Scribo uobis patres. qm
cognouistis eum qui abinitio est. Scribo uobis
adolescentes. qm uicistis malignu; Scribo uobis
infantes. qm cognouistis patrem. Scribo uobis
iuuenes. qm fortes estis. & uerbum di in uobis

manet et uicistis malignum.
Nolite diligere mundum. neque ea que in mundo
sunt; Siquis diligit mundum. non est caritas
patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo. concu
piscentia carnis est et concupiscentia oculorum
et superbia uite. que non est ex patre. sed ex mundo
est. Et mundus transibit et concupiscentia eius. Qui
autem facit uoluntatem dei. manet in eternum.
Filioli. nouissima hora est. Et sicut
audistis quia antixpistus uenit. nunc autem anti
christi multi facti sunt. Unde scimus quia nouis
sima hora est. Ex nobis prodierunt. sed non erant
ex nobis. Nam si fuissent ex nobis. permansissent
utique nobiscum. Sed ut manifesti sint quoniam non
sunt omnes ex nobis. Sed uos unctionem habetis
a sancto. et nostis omnia. Non scripsi uobis quasi ig
norantibus ueritatem. sed quasi scientibus eam.
et quoniam omne mendatium ex ueritate non est. Quis
est mendax. nisi is qui negat quoniam ihesus non est xpistus?
Hic est antixpistus. qui negat patrem et filium. Omnis
qui negat filium. nec patrem habet. Qui autem confitetur
filium. et patrem habet.

Vos quod audistis ab initio in uob pmaneat. Si
in uobis pmanserit quod audistis ab inicio. & uos
in filio & patre manebitis; Et hec e repmissio. quā
ipse pollicitus est nobis uitam ętnam; Hec scrip
si uobis de his qui seducunt uos. Et uos unctio
nem quam accepistis ab eo maneat in uobis.
& non necesse habetis ut aliquis doceat uos.
sed sicut unctio eius docet uos de omnib. Et
uerum est. & non e mendatiū. Et sicut docuit
vos manete ī eo. Et nc filioli manete ī eo. ut cū apparuit ha
beamus fiduciam. & non confundamur ab eo in aduen
tu ei. Si scitis qm iustus est. scitote qm & oīs
qui facit iusticiam ex ipso natus est. CIII.

Videte qualem caritate dedit nobis pater. ut
filii di nominemur & simus. Pter hoc mun-
dus non nouit nos. quia n nouit eum. Karmi.
nunc filii di sumus. & nondum apparuit quid
erimus. Scimus qm cum apparuerit similes ei
erimus. qm uidebimus eum sicuti est. Et omnis
qui habet spem hanc in eo sc̄ificat se. sic & ille scs est.
Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit.
& peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille

apparuit ut peccata tolleret · & peccatum in eo
non est · Omnis qui in eo manet non peccat · et
omnis qui peccat non uidit eum · nec cognouit
eum; Filioli · nemo uos seducat · Qui facit iusticiā
iustus est · sicut & ille iustus est · Qui facit pecca
tum ex diabolo est · quōq; ab initio diabolus pec=
cat · In hoc apparuit filius dī · ut dissoluat ope=
ra diaboli · Omnis qui natus est ex dō peccatū
non facit · quoniam semen ipsius in eo manet et nō
potest peccare · quōq; ex dō natus est; In hoc mani
festi sunt filii dī & filii diaboli · Omnis qui n̄ est
iustus non est ex dō · & qui n̄ diligit frēm suum ·
Qm̄ hec est annuntiatio quam audistis ab ini=
tio · ut diligamus alterutrum · non sicut cayn qui
ex maligno erat | & occidit frēm suum; Et ꝓpter
quid occidit eum · Qm̄ opera eius maligna erant ·
fratris autem eius iusta ·
Nolite mirari frs̄ · si odit uos mundus · Nos scim⁹
quōq; translati sumus de morte ad uitam · quōq;
diligimus frs̄ · Qui non diligit · manet in morte ·
Omnis qui odit frēm suum · homicida ē · Et scitis · qm̄
oīs homicida non habet uitam eternā in semetipso

r

manentem · In hoc cognouimus caritatē dī · Quoꝫ
ille ꝓ nobis animam suam posuit · & nos debem̄s
pro fr̄ibus an̄ias ponere · Qui habuerit substantiā
mundi huius · & uiderit fr̄em suum necessitatē habe
re & clauserit uiscera sua ab eo · quomodo cari
tas dī manet in eo ·

Filioli mei · non diligamus uerbo neq̄ lingua ·
sed opere & ueritate · In hoc cognoscimus qm̄ ex
ueritate sumus · & in conspectu eī suademus corda
nr̄a · Qm̄ si rep̄henderit nos cor nr̄m · maior ē ds̄ cor
de nr̄o · & nouit omnia · Kmī · si cor nr̄m non
rep̄henderit nos fiduciam habemus ad dm̄ · &
quicquid petierimus accipiemus ab eo · qm̄ man
data eius custodimus · & ea que sunt placita
coram eo facimus · Hoc est mandatū eius · ut
credamus in nomine filii eius ihū xp̄i & diliga
mus alterutrum · sicut dedit mandatum nobis ·
Et qui seruat mandata eius · in illo manet & ipse
in eo · Et in hoc scimus quoꝫ manet in nobis ·
de spū quē dedit nobis · Cm̄ ·

Kmi · nolite omni spiritui credere · sed p̄bate
spiritus si ex dō sint · qm̄ multi pseudo p̄ph̄e

exierunt inmundum. In hoc cognoscitur sp̄c dī.
Omnis sp̄c qui confitetur IHM XPM in carne
uenisse. ex dō est. Et omnis sp̄s qui soluit IHM. ex
dō non est. Et hic est antixp̄s de quo audistis quō
uenit. & nunc iam ī mundo est. Vos ex deo estis filioli.
& uicistis eū. qm̄ maior est qui in uobis ē quā
qui inmundo. Ipsi de mundo sunt. ideo de mun-
do locuntur. & mundus eos audit. Nos ex dō su-
mus. Qui nouit dm̄. audit nos. Qui non est ex dō.
non audit nos. In hoc cognoscimus sp̄m uerita-
tis & spiritum erroris.
Kmi. Diligamus inuicem. quō caritas ex dō est.
Et omnis qui diligit frēm suum ex deo natus est. et co-
gnoscit deū. Q nō diligit nō nouit deū. qm̄ dš caritas ē. In h appa-
ruit caritas dī ī nob. qm̄ filiū suum unigenitum misit
dš inmundum. ut uiuamus p eū. In hoc caritas
est. non quasi nos dilexerimus dm̄. sed qm̄ ipse prior
dilexit nos. & misit filium suum ppitiationem
p peccatis nr̄is. Kmi. si sic dš dilexit nos. & nos
debemus alterutrum diligere.
Deum nemo uidit umquam. Si diligamus inuicē
dš in nobis manet. & caritas ei in nobis pfecta ē.

In hoc cognoscim⁹ qm̄ in eo manemus & ipse in nobis· qm̄ de sp̄u sc̄o suo dedit nobis· Et nos uidimus & testificamur· qm̄ pater misit filiū suū saluatorē mundi· Quisquis confessus fuerit quōd ih̄c est filius dī· ds̄ in eo manet· & ipse in do· Et nos cognouimus & credimus caritati· quam habet ds̄ in nobis·

Ds̄ caritas est· et qui manet in caritate in do manet· & ds̄ in eo· In hoc pfecta est caritas dī nobiscū· ut fiduciam habeamus in die iudicii· quia sicut ille est· & nos sumus in hoc mundo· Timor n̄ est in caritate· sed pfecta caritas foras mittit timorem· quōd timor penam habet· Qui autem timet· non est pfectus in caritate· Nos ergo diligamus deum· qm̄ ds̄ prior dilexit nos· Si quis dixerit qm̄ diligo dn̄m & frēm suum oderit· mendax est· Qui enim non diligit frēm suum quē uidet· dm̄ quem non uidet quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo· ut qui diligit dm̄· diligat & frēm suum· Ev et ulti^m·

Omnis qui credit qm̄ ih̄c est xp̄c· ex dō natus est· Et omnis qui diligit eum qui genuit· dili-

git eum qui natus est ex deo. In hoc cognoscimus
qm diligimus natos di. cum dm diligamus. &
mandata eius faciamus. Hec est enim caritas
di. ut mandata eius custodiamus. & mandata
eius grauia non sunt. Qm omne quod natu e
ex do uincit mundum. et hec est uictoria
que uincit mundum. fides nra. Quis est autem
qui uincit mundu. nisi qui credit quo ihc est
filius di. Hic est qui uenit p aquam & sangui
nem ihc xpc. Non in aqua solum. sed in aqua
& sanguine. Et sps est qui testificatur. qm xps
est ueritas. Qm tres s q testioniu dant in tra. sps
aqua et sanguis. et tres unu s. Et tres s q testionium
dant i celo. pater ubum et sps sanct. et hii tres unu s.
Si testimonium hominu accipimus. testimo-
nium di maius est. Qm hoc e testimonium di
quod maius est. quia testificatus e de filio suo.
Qui credit in filium di. habet testimonium di
in se. Qui non credit i filio. mendace facit eum.
Qm non credit in testimonio. qd testificatus est
ds de filio suo. Et hoc est testimoniu. qm uitam
eternam dedit nob ds. & hec uita in filio ei est.

Qui habet filium habet vitam. Qui non habet filium dei non habet vitam.

Hec scribo vobis ut sciatis quoniam vitam habetis eternam. qui creditis in nomine filii dei. Et hec est fiducia quam habemus ad eum. quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones. quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat. et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem. non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est. et est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex deo non peccat. sed generatio dei conservat eum. et malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex deo sumus. et mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei venit. et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum deum. et simus in vero filio eius ihesu christo. Hic est verus deus et vita eterna. Filioli. custodite vos a simulachris.

Explicit prima epistola sancti Iohannis apostoli et euangeliste.

Argumentu in scdaz eplaz bti Iohis apli et euante

HISQUE ADEO AD SCAM FEMINAM SCRIBIT · ut eandem dominam non dubitet litteris appellare · eiusdemq; filiis testimonium quod ambulent inueritate phibeat.

Explicit argumentum.

Incipit epistola secunda scti Iohis apli · Capl̄z unicū ·

SENIOR ELECTE DOMINE ET NATIS EIUS: QUOS EGO DILIGO inueritate · & non ego solus: sed & omnes qui cognouerunt ueritatem; pp̄ter ueritatem que p̄manet in nobis & nobiscum erit in aeternum. Sit uobiscum gr̄a misericordia pax a dō patre & a xp̄o ih̄u filio patris inueritate & caritate. Gauisus sum ualde: qm̄ inueni de filiis tuis ambulantes inueritate · sicut mandatum accepimus a patre · Et nunc rogo te domina non tanquā mandatū nouum scribens tibi:

sed quod habuimus ab initio · ut diligamus alteru
trum · Et hec est caritas · ut ambulemus secundū
mandata eius · Hoc est
enī mandatum · ut quemadmodum audistis
ab initio in eo ambuletis · Qm̄ multi seducto
res exierunt in mundum · qui non confitent̄
ihm xpm uenisse in carne; Hic est seductor &
antixpc · Uidete uosmetipsos ne pdatis que
operati estis · sed ut mercedē plenā accipiatis ·
Scientes qm̄ oīs q̄ pcedit & nō pmanet in doctri
na xpi · dm̄ non habet · Qui pmanet in doctri
na · hic et prēm et filium habet ; Siquis uenit
ad uos & hanc doctrinam n̄ affert · nolite reci
pere eum in domum · nec aue ei dixeritis · Qui
enī dicit illi aue · communicat opibus illius
malignis · Ecce predixi vobis · ut in diem dn̄i
nostri ihū xpristi non confundamini · Plu
ra habens vobis scribere · nolui per cartam
et atramentum · Spero enim futurum me
ad vos et os ad os loqui · ut gaudium vrm̄
plenum sit · Salutant te filii sororis tue ele
cte · Gratia tecū · Amen · Explicit scda epla
sancti Iohis apli et euangeliste ·

Incip[it] argumentu[m] in ep[istu]la[m] tercia[m] b[ea]ti Iohi[s] ap[osto]li et euange[lis]te.

Gaium pietatis causa extollit. atq[ue] ut in ipsa pietate maneat exhortatur. Dyotrepem impietatis et superbie causa obiurgat. Demetrio autem bonum perhibet testimonium cum fr[atr]ib[us] uniu[er]sis. Explicit argume[n]tu[m].

Incipit ep[istu]la tercia b[ea]ti Iohannis apostoli. Cap[itu]l[u]m unicu[m].

SENIOR GAIO KARISSIMO quem ego diligo in veritate. Karissime de omnib[us] orationem facio p[ro]spere te ingredi et ualere. sicut p[ro]spere agit anima tua. Gauisus sum ualde uenientib[us] fr[atr]ibus et testimonium p[er]hibentibus ueritati tue. sicut tu in ueritate ambulas. Maiorem horum non habeo gr[ati]am. quam ut audiam filios meos in ueritate ambulare.

Karissime. fideliter facis quicquid operaris in fr[atr]es. et hoc in peregrinos. qui testimonium reddiderunt caritati tue in conspectu eccl[esi]e. Quos

benefacis deduces digne deo. Pro nomine enim eius
profecti sunt. nihil accipientes a gentilibus. Nos
ergo debemus suscipere huiusmodi. ut coopera
tores simus ueritatis.

Scripsissem forsitan ecclesie. sed is qui amat prima
tum gerere in eis Dyotrepes non recipit nos.
Propter hoc si uenero commoneam eius opera que
facit. uerbis malignis garriens in nos. et quasi
non ei ista sufficiant neque ipse suscipit fratres. et eos
qui suscipiunt prohibet. et de ecclesia eicit.

Karissime. noli imitari malum. sed quod bonum est.
Qui benefacit. ex deo est. Qui malefacit. non uidet
deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus.
et ab ipsa ueritate. sed et nos ei testimonium perhibemus.
et nosti quoniam testimonium nostrum uerum est.

Multa habui scribere tibi. sed nolui per atramen
tum et calamum scribere tibi. Spero autem
protinus te uidere. et os ad os loquemur. Pax
tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos
nominatim. Explicit iii epistola sancti Iohannis apostoli et euangeliste.

Argumentum in epistolam sancti Iude apostoli.

Iudas apostolus fratres de corruptoribus uie ueritatis

informat. et illicitum esse differit de sub iugo semel erutos seruitutis. denuo operam suam officiis nouare seruilibus.

Explicit argumentum.

Incipit epistola sancti iude apostoli. Capitulum primum.

IUDAS IHESU XPISTI SERUUS frater autem iacobi. hiis qui sunt in deo patre dilectis. et a xpisto ihesu conseruatis et uocatis. Misericordia uobis et pax et caritas adimpleatur. Karissimi omnem sollicitudinem faciens scribendi uobis de communi uestra salute. necesse habui scribere uobis. deprecans supercertari semel traditę sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines qui olim prescripti sunt in hoc iudicium.

impii · di nri gram transferentes in luxuriam · & solum dominatorem dnm nrm ihm xpm
Commonere autem uos ——— L negantes;
uolo scientes semel omnia · quoniam ihc pplm de terra egypti saluans · secundo eos qui non crediderunt pdidit · Angelos uero qui non seruauerunt suum principatum sed dereliquerunt suum domicilium · in iudicio magni diei uinculis eternis sub caligine reseruauit · ———
Sicut so-doma & gomorra & finitime ciuitates · simili modo exfornicate & abeuntes post carnem alteram | facte sunt exemplum ignis eterni penam sustinentes · Similiter & hi ·
Qui carnem quidem maculant · dominationem — spernunt · maiestatem autem blasphemant;
Cum michahel archangelus cum diabolo disputans altercaretur de moysi corpore · non est ausus iudicium inferre blasphemie · sed dixit · imperet tibi dns; Hi autem quecumque quidem ignorant blasphemant · quecumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt · in his corrumpuntur · Cu et ultimu ·

Ue illis qui uia caym abierunt. & errore
balaam mercede effusi sunt. et in contradic-
tione chore perierunt; Hi sunt in epulis suis ma-
cule - conuiuantes. sine timore semetipsos
pascentes. nubes sine aqua que a uentis cir-
cumferuntur. arbores autumnales infructuo-
se. bis mortue. eradicate. fluctus feri maris.
despumantes suas confusiones. sydera erran-
tia. quibus procella tenebrarum conseruata
est in eternum.
Prophetauit autem de his septimus ab adã
enoch dicens. Ecce uenit dñs in scis milib;
suis facere iudicium contra omnes. et argu-
ere omnes impios de omnibus operib; impi-
etatis eorum quibus impie egerunt. & de om-
nibus duris. que locuti sunt contra deum pecca-
tores impii. Hi sunt murmuratores querelo-
si. secundum desideria sua ambulantes. &
os illorum loquitur supbiã. mirantes psonas
questus causa.
Uos autem kmi memores estote uerborũ
que pdicta sunt ab aptis dñi nri ihu xpi.

qui dicebant uobis· quoniam in nouissimis tem-
poribus uenient illusores· secundum sua de-
sideria ambulantes in impietate. Hii sunt qui segregant
semetipsos· animales· spiritum non habentes·
Uos autem karissimi superedificantes uosmetip-
sos sanctissime uestre fidei· in spiritu sancto orantes·
uosmetipsos in dilectione dei seruate· expectantes misericordiam domini nostri iesu xristi in uitam eternam.
Et hos quidem arguite iudicatos· illos uero sal-
uate de igne rapientes· Aliis autem mise-
remini in timore dei· odientes eam que
carnalis est maculatam tunicam·
Ei autem qui potens est uos conseruare
sine peccato· & constituere ante conspec-
tum glorie sue immaculatos in exultatione
in aduentu domini nostri iesu xristi· soli deo saluatori nostro per ihesum xpistum dominum
nostrum· gloria & magnificentia imperium &
potestas· ante omnia secula & nunc & in
omnia secula seculorum· Amen.

Explicit epistola sancti iude apostoli·

Incipit prologus sancti hyeronimi presbiteri in librum apocalipsis beati Johannis apostoli et euangeliste.

Johanes apls et euangelista a dno xpo elect9 atqz dilect9 in tanto amore dilectionis ab eo est habit9 ut in cena sup pect9 ei9 recumberet et ad cruce astanti soli matrem ppriam commendasset ut quem nube volente ad amplexu virginitatis asciuat ipi ecia custodiendam virgine tradidisset. Hic itaqz cum ppt vbum dei et testioniu ihu xpi exilio in pathmos insula portaret illic ab eodem apocalipsis ostensa descbit ut sic in pncipio canonis id est libri geneseos incorruptibile pncipiu pnotat ita ecia incorruptibilis finis p virginem in apocalipsi reddet dicentis. Ego sum alpha et w. inicium et finis. Hic e iohes qui sciens supuenisse sibi diem egressionis sue de corpe. conuocatis in epheso discipulis descendit in defossum sepulture locu. oroneqz completa reddidit spm. tam a dolore mortis fact9 extraneus qm a corruptioe carnis noscit alien9. Cui9 tn scpture dispositio vl libri ordinatio ideo a nob p singla non exponit ut nescietib9 inqrendi desideriu colloct et qrentib9 laboris fructus. et deo magisterij doctria seruetur.

Alius prologus.

Beatus johes apls et euangelista post passione atqz ascensioz domini et saluatoris nri. in vna vrbiu asie que appellat ephesus eccliaz sua institutione fundauit. cui et usqz i diem obit9 sui pfuit. Nam et ibi pntis vite cursu

sue

felicissime ꝯsūmato · gīanteius sicut hystoria eccle
siastica refert defunct⁹ et sepult⁹ ē · Is ergo cū xpi
fidem iudeis et gentib⁹ ꝑ totā asiam instantis
sime ꝑdicaret priusq̄ euangeliū suū scⁱberet · ob
eandē quā ꝑdicarat fidē a domiciano vespa
siani fi⁰ q tiū tyto successāt in rgno · quitodecimo
cimo impij sui āno in pathmos insulā rele
gat⁹ hanc apocalipsī scⁱpsit · ut queadmodū
ꝑ moysen qui ꝑ oib⁹ hoib⁹ mansuet⁹ extitit
inchoatio libri geneseos ab incorruptibili
pncipio sumpsit exordiū · ita ꝑ iohēz ꝑcetis pl⁹
dilectum discipl'z · noui testamēti laus et finis i
corruptibil' redderet · dicente ipo q et i moyse et in
iohe locut⁹ ē · Ego sū Alpha et W · pncipiū ⁊ fi
nis · Ds quippe caritas ē · q ⁊ pncipiū sine pncipio ·
⁊ finis sine fine ē · Vn · caritas finis ꝑcepti ē · Et i
deo i cūctis fere scripture diuine voluminib⁹ nil ali⁹ isi
nuat · q̄ dei ꝓximq dilectio · Hic ergo plenitudo legis ē ca
ritas · ita ⁊ hec apocalipsis ⁊ vetis · ac noui testamēti ꝑfecta
plenitudo ē · Scⁱpsit itaq ei⁹ misticū septiformis
sps sacrm · ad septē ecclas · q̄ pncipes et i qb⁹
vniuersā ꝑ totum orbē ecclaz · sb appellatione di
gnitatis angelice ul' in vtutib⁹ laudat · ul' arguit
in delictis · Referens magna et archana de pn̄ti
tpe · de mūdi fine · et de celesti illi⁹ urb̄z aduentu re
gniq mistica · Vidit aūt qūa · dnica die rapt⁹ i spū ·
ut queadmodū eandē pmā ⁊ octauā die r re
surrco nob uitā afferens i sacro euangelij
ꝯsecuntur · ita et hec reuelaco iohis ꝑ legis veteris
septenariū nūm ꝑfectum · ogdoadis inspira

in

to mistio novi eet adimpletio testamti. Que nuc legentes commones ul' informs. et iniqs penam secte mortis etiaq; decernit supplicia. et spualis illi' civitatis diversa phennmu cum btitudine mansionu p meritis habitacla pollicet. Explicuit plogus.

Argumentu in libru apocalipsis bti iohanis apostoli et euangeliste.

Apocalipsis iohannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi. et pro merito voluminis laus omnis inferior e. In verbis singulis multiplices latent intelligetie. Explicit argumtu.

Incipit liber apocalipsis beati Johannis apostoli et euangeliste. C. pmu.

Apocalipsis ihu xpristi qua dedit illi deus palam facere servis suis que optet fieri cito. et significavit mittens per angelum suum servo suo iohani. qui testimoniu perhibuit verbo dei. et testimoniu ihu xpi quecuq; vidit. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius. et servat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim ppe e.

Iohãnes septem eccliis que s̄ in asia. Grã vobis et pax ab eo qui est et qui erat et venturus est. et a septē spiritib' qui in ꝯspc̄tu throni ei' sunt. et a ihesu xp̄o qui est testis fidelis. p̄mogenit' mortuorum et princeps regum terre. q dilexit nos. et lauit nos a pc̄tis nr̄is ī sanguine suo. et fecit nos r̄gnū et sacerdotes dō et pr̄i suo. Ipi gloria et imperium in secl'a secl'oꝝ amen. Ecce venit cū nubib' celi. et videb' eū oīs ocl's et q eū pupugerūt. et plangēt se sr̄ eū oēs trib' tre. eciā amen. Ego sum alpha et ω. p̄ncipiū et finis. dicit dn̄s deus qui ē et q erat. et qui ventur' ē omp̄ns. Ego iohēs fr̄ vr̄ et particeps in tribulatiōe et regno et paciencia in ihū. fui in insula que appellat' pathmos. propter verbum dei et testimonium ihū xp̄i. Fui in sp̄ū in dn̄ica die. et audiui post me vocem magnā tamquā tube dicentis. Quod vides scribe in libro et mitte septem eccliis. ephesum et smirnam et pergamum et thyatiram. et sardis et filadelphiam et laodiciam.

Et conuersus sum ut uiderem uocem que
loquebatur mecum. Et conuersus uidi septē
candelabra aurea. & in medio septem cande
labrorum aureorum similem filio hominis
uestitum podere. & precinctum ad mamillas
Zona aurea. Caput autem eius & capilli erāt
candidi tanquam lana alba uel tanquā
nix. & oculi eius uelut flama ignis. &
pedes eius similes auricalco sicut in camino
ardenti. Et uox illius. tanqm̄ uox a
quarum multarū. Et habebat in dextera
sua stellas septem. & de ore eius gladius ex
utraq; parte acutus exibat. et facies eius
sicut sol lucet in uirtute sua. Et cum ui
dissem eum: cecidi ad pedes eius tanquam
mortuus. Et posuit dextram suam sup me
dicens. Noli timere. Ego sum primus & no
uissimus & uiuus. & fui mortuus. & ecce
sum uiuens in secula seclorum. & habeo cla
ues mortis & inferni. Scribe ergo que ui
disti & que sunt. & que oportet fieri
post hec. sacramētum septem stellarū quas

uidisti in dextera mea. & septem candelabra aurea. Septem stelle angeli sunt septem ecclesiarum. Et candelabra septē/septem eccle sunt.
Et angelo ephesi eccl̄e scribe. Hec C. II. dicit qui tenet septem stellas in dextera sua. qui ambulat inmedio septem candelabrorum aureorum. Scio opera tua & laborem & patientiam tuam. & quia non potes sustinere malos. & temptasti eos qui se dicunt ēē apostolos & non sunt & inuenisti eos mendaces. & patientiam habes & sustinuisti ꝓpter nomen meū. & non defecisti. Sed habeo aduersus te pauca: qđ caritatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq; unde excideris & age penitentiā. & prima opera fac; Sin autem. uenio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco suo. nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes. quia odisti facta nicolaitarum. que & ego odi. Qui habet aurem. audiat quid spc̄ dicat eccliis. Vincenti dabo edere de ligno uite. quod est in

paradyso di mei . Et
angelo smirne eccle scribe . Hec dicit .
primus et nouissimus . qui fuit mortuus et
uiuit . Scio tribulationem tuam et paup
tatem tuam . Sed diues es . et blasphemaris
ab his qui se dicunt iudeos ee . et non sunt .
sed sunt synagoga sathane . Nihil horum
timeas que passurus es . Ecce missurus est
diabolus ex uobis in carcerem ut temptemi
ni . et habebitis tribulationē dieb' decem ;
Esto fidelis usq; ad mortem . et dabo tibi
coronam uite . Qui habet aures . audi=
at quid sp̄c dicat ecclīs . Qui uicerit .
non ledetur a morte secūda .
Et angelo pgami eccle scribe . Hec dicit
qui habet romphea ex utraq; parte acutā .
Scio ubi habitas ubi sedes ē sathane . et
tenes nomen meum . et non negasti fidem
meam . et in diebus antiphas testis meus
fidelis qui occisus ē apud uos . ubi sathanas
habitat . Sed habeo aduersum te pauca . Quia
habes illic tenentes doctrinam balaam .

qui docebat balach mittere scandalum co
ram filiis isrl edere & fornicari. Ita habes
& tu tenentes doctrina nicolaitarum. Simi
liter penitentiam age. Si quo minus. ue
niam tibi cito. & pugnabo cum illis in gla
dio oris mei. Qui habet aures. audiat qd
spc dicat ecctiis. Uincenti dabo manna
absconditum. & dabo illi calculum candi
dum & in calculo nomen nouu scriptum.
quod nemo scit nisi qui accipit.
Et angelo thyatire eccle scribe. Hec dic
filius di qui habet oculos ut flama
ignis. & pedes eius similes auricalco. Noui
opera tua & caritatem & fidem & mi
nisterium & patientia tuam. & opera tua
nouissima plura prioribus: Sed habeo ad
uersus te. quia pmittis mulierem iezabel
que se dicit pphetem docere & seducere
seruos meos. fornicari & manducare de ido
lothitis. Et dedi illi tempus ut penitentia
ageret. & non uult penitere a fornicatio
ne sua. Ecce mitto eam in lectum. & qui

mechantur cum ea in tribulatione maxima
erunt nisi penitentiam egerint ab operibus
suis. & filios eius interficiam in morte. et
scient omnes ecclę quia ego sum scrutans
renes & corda. & dabo unicuiq; urm secun
dum opera sua. Uobis autem dico & ce
teris qui thyatire estis. Quicumq; non
habent doctrinam hanc. qui non cogno
uerunt altitudinem sathane. quemadmo
dum dicunt, non mittam sup uos aliud
pondus. Tamen id quod habetis tenete.
donec ueniam. Et qui uicerit & custodie
rit usq; in finem opera mea. dabo illi po
testatem sup gentes. & reget illas in uirga
ferrea. & tamquam uas figuli confringentur.
sicut & ego accepi a patre meo. & dabo
illi stellam matutinā. Qui habet aures
audiat quid spc dicat ecclesiis. Em.
Et angelo sardis ecclę scribe. Hec dicit
qui habet septem spc dī. & septem stellas.
Scio opera tua. quia nomen habes quod
uiuas & mortuus es. Esto uigilans. & con

firma cetera que moritura erant. non
enim inuenio opera tua plena coram deo
meo; In mente ergo habe qualiter acce
peris & audieris. & serua. & penitentiam
age; Si ergo non uigilaueris ueniam
tanquam fur. & nescies qua hora ueniam
ad te; Sed habes pauca nomina in sardis
qui non inquinauerunt uestimenta sua.
& ambulabunt mecum in albis. quia dig
ni sunt; Qui uicerit sic uestietur uestimen
tis albis. & non delebo nomen eius de
libro uite. & confitebor nomen eius co
ram patre meo & coram angelis eius;
Qui habet aures. audiat quid spiritus di
cat ecclesiis.

Et angelo filadelfie ecclesie scribe. Hec
dicit sanctus & uerus. qui habet clauem da
uid. qui aperit & nemo claudit. claudit
dit & nemo aperit; Scio opera tua. Ecce
dedi coram te ostium apertum quod ne
mo potest claudere. quia modicam ha
bes uirtutem. & seruasti uerbum meum.

& non negasti nomen meũ. Ecce dabo de
sinagoga sathane qui se dicunt iudeos ee
& non sunt. sed mentiuntur. Ecce faciam
illos ut ueniant & adorent ante pedes tu
os. & sciant quia ego dilexi te. Qm̃ ser-
uasti uerbum patientie mee. & ego te ser-
uabo ab hora temptationis. que uentura
est in orbem uniuersum temptare habitan
tes in terra. Ecce uenio cito. Tene quod
habes. ut nemo accipiat coronam tuam.
Qui uicerit faciã illum columnã in templo
di mei. & foras non egredietur amplius. Et
scribam sup eum nomen di mei. & nomen
ciuitatis di mei noue ierlm que descendit
de celo a dõ meo. & nomen meũ nouum.
Qui habet aures. audiat quid spc dicat
Et angelo laoditie —— Lectius.
eccle scribe. Hec dicit amen testis fide
lis & uerus. qui est principiũ creature di.
Scio opera tua. quia neq; frigidus es neq;
calidus. Utinam frigidus esses aut calidus;
Sed quia tepidus es & nec frigido nec calido. incipiã te euomere

ex corde meo. quia dicis quod diues sum & locupletatus & nullius egeo. & nescis quia miser es & miserabilis. & paup & cecus & nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum. ut locuples fias & uestimentis albis induaris. & non appareat confusio nuditatis tue. Et collirio inunge oculos tuos ut uideas. Ego quos amo arguo & castigo. Emulare ergo. & penitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit uocem meam & aperuerit ianuam. intrabo ad illum & cenabo cum illo. & ipse mecum. Qui uicerit dabo ei sedere mecum in throno meo. sicut & ego uici. & sedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aures. audiat quid spiritus dicat ecclesiis. C. IIII.

Post hec uidi. & ecce ostium aptum in celo. Et uox prima quam audiui. tanquam tube loquentis mecum dicens. Ascende huc. & ostendam tibi que oportet fieri cito. Post hec statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat

incelo · & supra sedem sedens · Et qui sede
bat · similis erat aspectui lapidis iaspidis
& sardinis · et iris erat incircuitu sedis · si
milis uisioni smaragdine · Et incircuitu
sedis sedilia uiginti quattuor · & sup thro=
nos uiginti quattuor seniores
circum amictos uestimentis albis · & in ca
pitibus eorum corone aurec · Et de thro
no procedebāt fulgura & uoces & toni
trua Et septem lampades ardentes ante
thronum · que sunt septem spc · Et in
conspectu sedis · tanquam mare uitreū
simile cristallo · Et inmedio sedis &
incircuitu sedis quattuor animalia · ple
na oculis ante & retro · Et animal pri
mum simile leoni · et secundū animal
simile uitulo · et tertiū animal habens
faciem quasi hominis · et quartū animal
simile aquile uolanti · Et quattuor
animalia singula eorū habebant alas
senas · et incircuitu & intus plena sunt
oculis · Et requiem non habebāt die ac nocte

dicentia. Scs scs scs dns ds omps. qui erat & qui est & qui uenturus e.
Et cum darent illa quatuor aialia glam & honorem & benedictione sedenti super thronum uiuenti in secula seclorum. pcedebant uiginti quattuor seniores ante sedentem in throno. & adorabant uiuentem in secla seculoru. mittentes coronas suas ante thronum dicentes. Dignus es dne ds nr accipere glam & honorem & uirtutem. quia tu creasti omnia. & pp ter uoluntatem tuam erat et creata sunt. C. v.
Et uidi in dextera sedentis supra thronu librum scriptum intus & foris. signatum sigillis septem. Et uidi angelu fortem pdicantem uoce magna. Quis est dignus aperire librum. & soluere signacula eius. Et nemo poterat i celo neq in tra neq subtus terram aperire librum. neq respicere illum. Et ego flebam multu. qm nemo dignus inuentus e aperire libru nec uidere eum. Et unus de senioribus

dixit mihi · Ne fleueris · Ecce uicit leo
de tribu iuda radix dauid aperire librū · et solue=
re septem signacula eius ·
Et uidi · et ecce inmedio throni et quattuor
animalium et inmedio seniorum agnū
stantem tanquam occisum · habentem
cornua septem et oculos septem · qui sunt
septem spc̄ dī · missi in omnē terram · Et
uenit · et accepit de dextera sedentis in
throno librū · Et cum aperuisset librū ·
quattuor animalia et uiginti quattuor
seniores ceciderunt coram agno · habentes
singuli cytharas et fialas aureas plenas
odoramentorum · quę sunt orationes sco
rum · Et cantabant canticum nouum
dicentes · Dignus es dn̄e accipere li
brum et aperire signacula eius · qm̄ occi=
sus es et redemisti nos dō in sanguine tuo ·
ex omni tribu et lingua et populo et
natione · et fecisti nos dō nr̄o regnum et
sacerdotes · et regnabunt sup terram ·
Et uidi · et audiui uocem angelorum mul
torum · in circuitu throni et animalium

& seniorum. Et erat numerus eorũ milia milium. voce magna dicentium. Dignus est agnus qui occisus ē accipere uirtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem. & honorem & glam & benedictionem. Et omnem creaturã que in celo ē & sup terram & subt̃ trã. & que sunt in mari & que in eo sũt. omnes audiui dicentes sedenti in throno & agno. Benedictio et honor & gloria & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebãt amen. Et uigintiqtuor seniores ceciderũt ĩ facies suas. & adorauerũt.

Et uidi quod aperuisset agn̄ ✓ unum de septem sigillis. Et audiui unum de quatuor animalibus. dicens tamquam uoce tonitrui. Veni & uide. Et uidi. & ecce equus albus. & qui sedebat sup illũ. habebat arcum. & data ē ei corona. & exiuit uincens ut uinceret. Et cũ aperuisset sigillum secundũ. audiui secundum animal dicens. Veni & uide. Et exiuit alius equus rufus. & qui sedebat sup illũ

datū ē illi ut sumeret pacē de terra · & ut
inuicem se interficiant · & datus ē illi gla
dius magnus · Et cum aperuisset sigillū
tercium · audiui terciū animal dicens · Ve
ni et uide · Et ecce equus niger · & qui se
debat sup eum · habebat statērā in manu
sua; Et audiui tanquā uocē in medio
quatuor animalium dicentem · Bili
bris tritici denario uno · et tres bilibres ordei
denario · Et uinum & oleū ne leseris ·
Et cum aperuisset sigillum quartū · au
diui uocem quarti animalis dicentis ·
Veni et uide · Et ecce equus pallidus ·
& qui sedebat sup eū nomen illi mors · &
infernus sequebatur eum · Et data ē illi
potestas sup quatuor partes terre · int̄
ficere gladio & fame & morte & bestiis terre ·
Et cum aperuisset sigillum quintum ·
uidi subtus altare animas interfectorum
ppter uerbum dī & ppter testimoniū
quod habebant · & clamabant uoce ma
gna dicentes · Usquequo dn̄e scs̄ & uerus ·

non iudicas & uindicas sanguinē nr̄m de
his qui habitant in terra: Et datę sunt illis
singulę stolę albę. & dictum ē illis ut
requiescerent tempus adhuc modicū. do
nec impleatur nūs conseruoꝝ et fratrū coꝝ.
qui interficiendi sunt sicut & illi.
Et uidi cum aperuisset sigillū sextum.
et ecce terremotꝰ factus ē magnus. & sol
factus ē niger. tamquā saccus cilicinus.
& luna facta ē tota sicut sanguis. Et stel
le celi ceciderunt sup terram: sicut ficus
mittit grossos suos. cum a uento magno
mouetur. Et celū recessit sicut liber inuo
lutus. & omnis mons & insulę de locis
suis motę sunt. Et reges terrę & principes
& tribuni & diuites & fortes. & omnis
seruus & liber absconderunt se in spelun
cis & ī petris montium. & dicunt montib;
& petris cadite sup nos. et abscondite
nos a facie sedentis sup thronum & ab ira
agni. quā uenit dies magnus irę ipsorū.
Et quis poterit stare.

C. VII.

Post hec uidi iiii angelos stantes supra quatuor angulos terre · tenentes quattuor uentos terre · ne flarent — super terram neque super mare neque in ullam arborem · Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum di uiui · et clamauit uoce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens · Nolite nocere terre et mari neque arboribus · quo adusque signemus seruos di nri in frontibus eorum · Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia · signati ex omni tribu filiorum isrl · Ex tribu iuda · duodecim milia signati · Ex tribu ruben · duodecim milia signati · Ex tribu gad · duodecim milia signati · Ex tribu aser · xii milia signati · Ex tribu neptalim · duodecim milia signati · Ex tribu manasse · xii milia signati · Ex tribu symeon · xii milia signati · Ex tribu leui · duodecim milia signati · Ex tribu isachar · duodecim

milia signati. Ex tribu zabulon. duodecim milia signati. Ex tribu ioseph. duodecim milia signati. Ex tribu beniamin. duodecim milia signati.

Post hec uidi turbam magnā quā dinumerare nemo poterat. ex omnibus gentib. & tribubus & populis & linguis. stantes ante thronum & in conspectu agni amicti stolis albis. & palmę in manibus eorum. Et clamabant uoce magna dicentes. Salus dō nr̄o. qui sedet sup thronū & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni. & seniorum & quatuor animalium. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas. & adorauerunt dm̄ dicentes amen. Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio. honor & uirtus & fortitudo dō nr̄o. in sc̄la sc̄culorum amen.

Et respondit unus de seniorib' dicens mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis. qui sunt & unde uenerunt. Et dixi illi.

Dne mi tu scis; Et dixit mihi; Hi sunt
qui uenerunt de tribulatione magna·
& lauerunt stolas suas· & dealbauerunt
eas in sanguine agni· Ideo sunt ante thro
num di· & seruiunt ei die ac nocte in
templo eius· & qui sedet in throno ha
bitat sup illos; Non esurient neq3 sitient
amplius· neq3 cadet sup illos sol neq3 ul
lus estus· qm agnus qui in medio thro
ni est reget illos· & deducet eos ad vite fon
tes aquarū· Et absterget ds omne lacri
mam ab oculis eorum·
Et cum aperuisset sigillum septimū· fac
tum ē silentium in celo quasi media hora·
Et uidi septem anglos stantes in conspectu di· & date sunt illis septem
tube· Et alius angls uenit & ste
tit ante altare habens turibulum aureū·
& data sunt illi incensa multa· ut daret de
orationibus scorum omniū sup altare
aureum· quod est ante thronū· Et ascen
dit fumus incensorum de orationibus

Cviii·

scorum. de manu angli corā dō. Et accepit angls thuribulum & impleuit illud de igne altaris. & misit in terram Et facta sunt tonitrua & uoces & fulgura. et terre
motus fct ē magnus. Et septem angli qui habebant septem tubas. parauerunt se ut tuba canerent.
Et primus angls tuba cecinit. & facta est grando & ignis mixta in sanguine. & missum ē in terram Et tercia pars terre combusta ē. & tercia pars arborum combusta ē. & omne fenum uiride combustum ē. Et secundus angls tuba cecinit. & tamquam mons magnus igne ardens. missus ē in mare. Et facta ē tercia pars maris sanguis. & mortua ē tercia pars creature que habebāt animas ī mari. et tercia pars nauium interiit. Et tercius angelus tuba cecinit. & cecidit de celo stella magna ardens tamquā facula. & cecidit in terciam partem fluminū & in fontes aquarum Et nomen stelle dicitur absinthiū. Et facta ē tercia pars aqua-

rum in absinthium · & multi homines
mortui sunt de aquis · quia amare facte st ·
Et quartus angelus tuba ceci-
nit · & pcussa est tercia pars solis & ter
cia pars lune & tercia pars stellarum · ita
vt obscurarettur tercia pars eorum · et dici
non luceret pars tercia · & nocti similiter ·
Et uidi & audiui uocem unius aquile
uolantis p medium celi · dicentis uoce
magna · Ve ue ue habitantibus in ter
ra de ceteris uocibus tube trium ange
lorum · qui erant tuba canituri · C ix ·
Et quintus angelus tuba cecinit · &
uidi stellam de celo cecidisse in terrā · et
data ē ei clauis putei abyssi · Et aperu
it puteum abyssi · & ascendit fumus pu-
tei sicut fumus fornacis magne · & obscu
ratus ē sol & aer de fumo putei · Et de fumo
putei exierunt locuste in terrā · & data
est illis potestas sicut habent potestatē
scorpiones terre · Et preceptum ē illis ne
lederent fenum terre neq omne uiride

neq; omnē arborē · nisi tantū homines qui
non habent signū dī in frontibus suis ·
Et dictum ē illis ne occiderent eos · sed ut
cruciarent mensib; quinq; · Et cruciatus
eorum ut cruciatus scorpii · cum pcutit
hominem · Et in diebus illis querent ho
mines mortē & non inuenient eam · & cu
pient mori · & fugiet mors ab ipsis · Et simi
litudines locustarū · similes equis paratis
in prelīu · Et sup capita earum tanquā co
ronę similes auro · & facies earū sicut fa
cies hominum · Et habebant capillos sic
capillos mulierū · & dentes earū sicut leo
num erant · Et habebant loricas · sicut
loricas ferreas · Et uox alarū earū · sicut uox
curruū equorū multorū currentiū in bellū ·
Et habebant caudas similes scorpionum ·
et aculei erant in caudis earū · & potestas earum
nocere hominib; mensibus quinq; · Et ha
bebant sup se regē angelum abyssi cui
nomen hebraice abadon · grece autem
apollyon · & latine habens nomen exter-

minans; Ve unum abiit. & ecce ueniunt
adhuc duo ue post hec.
Et sextus angl's tuba cecinit. & audiui uo
cem vnā ex iiij cornib; altaris aurei quod
est ante oculos dī. dicente sexto anglo
qui habebat tubā. Solue quattuor ange
los. qui alligati sunt in flumine magno
eufrate. Et soluti sunt quattuor angli.
qui parati sunt in horam & diem & men
sem & annum. ut occiderent terciā par
tem hominum. Et numerus equestris exer
citus vicies milies dena milia. audiui nu
merum eorum. Et ita uidi equos in uisio
ne. Et qui sedebant sup eos. habebant lori
cas igneas & iacintinas & sulphureas.
Et capita equorum erant tanquam capi
ta leonum. et de ore ipsorum pcedit ig
nis fumus & sulphur. Ab his trib; pla
gis occisa ē tercia pars hominum de ig
ne & fumo & sulphure. qui pcedebat
ex ore ipsorum. Potestas enim equorum
in ore ipsoꝝ ē. & in caudis eorū. Nam caude

illorum similes serpentib' habentes capita. & in his nocent. Et ceteri homines qui non sunt occisi his plagis. neq; penitentiam egerunt de operibus manuum suarum. ut non adorarent demonia & simulachra aurea & argentea & erea & lapidea & lignea. que neq; uidere possun neq; audire neq; ambulare. Et non egerun penitentiam ab homicidiis suis neq; a ueneficiis suis. neq; a fornicatione sua neq; a furtis suis. C. X.

Et uidi alium angelū fortem descendentem de celo amictum nube. & iris in capite eius. Et facies eius erat ut sol. & pedes eius tanquam columna ignis. & habebat in manu sua libellum apertū. Et posuit pedem suum dextrum super mare. sinistrum autem sup terrā. & clamauit uoce magna quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset. locuta sunt septē tonitrua uoces suas. Et cum locuta fuissent septem tonitrua uoces suas. scripturus erā. Et audiui uocē

de celo dicentē. Signa que locuta sunt sep
tem tonitrua. & noli ea scribere. Et an
gelus quem uidi stantem supra mare &
sup terrā leuauit manū suam ad celum.
& iurauit p uiuentem in scła seculorū. qui
creauit celū & ea que in illo sunt. & ter
ram & ea que in ea sunt. & mare & ea
que in eo sunt. quia tempus amplius
non erit. sed in diebus uocis septimi angłi
cum ceperit tuba canere consummabit
mysteriū dī. sicut euangelizauit p seruos
suos prophetas.

Et uocem quam audiui de celo. iterum lo
quentem mecū & dicentem. Uade accipe
librum aptum de manu angłi. stan
tis supra mare & supra ter ram. Et
abii ad angłm. dicens ei ut daret mihi
librum. Et dixit mihi. Accipe
& deuora illum. & faciet amaricare uen
trem tuum. sed in ore tuo erit dulce
tan-quam mel. Et accepi librum de
manu angłi & deuoraui illum. & erat

in ore meo tamquam mel dulce. Et cum deuorassem eum. amaricatus est uenter meus. Et dixit mihi. Oportet te iterum prophetare populis et gentibus et linguis et regibus multis.

Et datus est mihi Cxi. calamus similis uirge dicens. Surge et metire templum dei et altare. et adorantes in eo. Atrium autem quod est foris templum iace foras et ne metiaris illud. quoniam datum est gentibus. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis. et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt due oliue et duo candelabra in conspectu domini terre stantes. Et siquis eos uoluerit nocere. ignis exiet de ore illorum. et deuorabit inimicos eorum. Et siquis eos uoluerit ledere. sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi celum. ne pluat diebus prophetie eorum. Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem. et percutere

terram omni plaga quotienscumq; uolue
rint. Et cum finierint testimonium suu̅.
bestia que ascendit de abysso faciet ad
uersus illos bellum & uincet eos. & occi
det illos. Et corpa eoꝝ iacebunt in pla
teis ciuitatis magne que uocatur spiritu
aliter sodoma & egyptus. ubi & dn̅s
eorum crucifixus ē. Et uidebunt de po
pulis & tribubus & linguis & gentibus
corpora coru̅ ꝑ tres dies & dimidium.
& corpora eorum non sinent poni in mo
numentis. Et inhabitantes terram gau
debunt sup illis & iocundabuntur. &
munera mittent inuicem. qm̅ hi duo
ꝓphete cruciauerunt eos qui habitan
sup terram; Et post dies tres & dimidiu̅
sp̅c uite a dō intrauit in eos. & steterun
sup pedes suos. & timor magnus cecidit
sup eos qui uiderunt eos.
Et audierunt uoce̅ magna̅ de celo dicen
tem illis. Ascendite huc. Et ascenderun
in celum in nube. & uiderunt eos imi=

mici eorum. Et in illa hora factus ē terre
motus magnus. & decima pars ciuitatis
cecidit. & occisi sunt in terre motu nomi
na hominum septem milia. Et reliqui
in timore sunt missi. & dederunt gl̄am
d̄o. Ue secundum abiit. & ecce
ue tercium ueniet cito; Et septimus
angelus tuba cecinit. & facte sunt uoces
magne in celo dicentes. Factum ē reg
num huius mundi d̄ni n̄ri et xp̄i eius.
& regnabit in secula seculorū. Et uigin=
ti quatuor seniores qui in conspectu d̄i
sedent in sedibus suis. ceciderunt in facies
suas. & adorauerunt d̄m dicentes. Gr̄as
agim᷒ t̄ d̄ne d̄s omp̄s qui es & qui
eras. qui accepisti uirtutem tuā magnā
& regnasti. et irate sunt gentes. & ad
uenit ira tua & tempus mortuorū. iudi
care & reddere mercedem seruis tuis pphe
tis & s̄cis. & timentib; nomen tuum pu=
sillis & magnis. & exterminandi eos qui
corruperunt terram. C. xii.

Et apertum est templum dei in celo. et ui
sa ē archa testamenti eius in templo eius.
Et facta sunt fulgura et uoces. et terre mo
tus et grando magna. Et signū magnū
apparuit in celo. mulier amicta sole
et luna sub pedibus eius. et in capite eius
corona stellarum duodecim. et in utero
habens et clamabat parturiens. et cruci
atur ut pariat; Et uisum ē aliud sig
num in celo. et ecce draco magnus rufus
habens capita septem et cornua decem.
et in capitibus eius septem diademata.
et cauda eius trahebat terciā partem
stellarum celi. et misit eas in terram. Et
draco stetit ante mulierē que erat pa
ritura. ut cum peperisset filium eius de
uoraret. Et peperit filium masculū. qui
recturus erat omnes gentes in uirga fer
rea; Et raptus ē filius eius ad dm̄. et ad
thronum eius. Et mulier fugit in soli
tudinem ubi habet locum paratum
a dō. ut ibi pascant illā dieb; mille ducentis sexaginta.

Et factum ē prelium magnū in celo. Michahel & angli eius preliabantur cū dracone. & draco pugnabat & angli ei. & non ualuerunt. neq; locus inuentus ē eorum amplius in celo; Et proiectus ē draco ille magnus serpens antiquus. qui uocatur diabolus & sathanas. qui seducit uniuersum orbē proiectus ē in terram: & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui uocem magnā in celo dicentem; Nunc facta ē salus & uirtus & regnum dī nrī & potestas xpī eius. quia proiectus ē accusator frūm nrorum. qui accusabat illos ante conspectum dī nrī die ac nocte. Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni & propter uerbū testimonii sui. & non dilexerunt animas suas usq; ad mortē. Propterea letamini celi. & qui habitatis in eis.

Ve terrę & mari. quia descendit diabolus ad uos habens iram magnā. sciens qđ modicum tempus habet; Et postquā uidit draco quod proiectus eēt ī terram. perse

cutus est mulierem que peperit masculu̅.
Et date sunt mulieri due ale aquile
magne. ut uolaret indesertum in locu̅
suum. ubi alitur p tempus & tempora
& dimidium temporis afacie serpentis.
Et misit serpens exore suo post muliere̅
aquam tan-quam flumen. ut eam faceret
trahi aflumine. Et adiuuit terra muliere̅.
Et aperuit terra os suum & absorbuit
flumen. quod misit draco de ore suo; Et
iratus ē draco in mulierem. & abijt
facere prelium cum reliquis de semine ei⁹
qui custodiunt mandata dī. & habent
testimonium ihu xpi. Et stetit sup arenam
maris.

Et uidi de mari CXIII.
bestiam ascendentem habentem capita
septem & cornua decem. & sup cornua ei⁹
decem diademata. & sup capita eius nom̅a
blasphemie. Et bestia quam uidi simi
lis erat pardo. & pedes eius sicut pedes vrsi. et
os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco
uirtutem suam & potestatem magnā. Et vidi

unum de capitib' suis quasi occisum in mor
tē. Et plaga mortis eius curata ē. et admira
ta ē universa terra post bestiam. Et adora
uerunt draconem. qa dedit potestatem
bestię. & adorauerunt bestiā dicentes;
Quis similis bestię. & quis poterit pugna
re cum ea. Et datum ē ei os loquens mag
na & blasphemiam. Et data ē ei potestas
facere menses quadraginta duos. Et ape
ruit os suum in blasphemias ad dm̄. blas
phemare nomen eius & tabernaculum ei.
& eos qui in celo habitant. Et datum ē
illi bellum facere cum scīs. & uincere illos.
Et data ē ei potestas in omnem tribum &
populum. & linguam & gentem. Et ado
rauerūt eam omnes qui inhabitant terrā.
quorum non sunt scripta nomina in li
bro uitę agni. qui occisus ē ab origine
mundi. Si quis habet aures audiat;
Qui in captiuitatē duxerit. in captiuita
tem uadit. Qui ī gladio occiderit. opor
tet eum gladio occidi. Hic est patientia

& fides scorum.

Et uidi aliam bestiam ascendentem de ter
ra. & habebat cornua duo similia agni.
& loquebatur sicut draco. Et potestatem
prioris bestie omnem. faciebat in conspec
tu eius. Et fecit terram & inhabitantes in
ea adorare bestiam primam. cuius curata
est plaga mortis. Et fecit signa magna.
ut etiam ignem faceret de celo descen
dere in terram in conspectu hominum. &
seducit habitantes in terra propter signa
que data sunt illi facere in conspectu bestie.
dicens habitantibus in terra ut faciant ima=
ginem bestie. que habet plagam gladii
& uixit. Et datum est illi ut daret
spiritum imagini bestie. et ut loquatur
imago bestie. Et faciet. ut quicumque non
adorauerit imaginem bestie occidatur.
Et faciet omnes pusillos & magnos. & di
uites & pauperes & liberos & seruos. ha
bere caracterem in manu dextera aut
in frontibus suis. & ne quis possit emere aut

uendere. nisi qui habet caracterē nominis bestie. aut numerum nominis eius. Hic sapientia ē. Qui habet intellectum. computet numerum bestie. Numerus enim hominis ē. & numerus eius ē sexcenti sexaginta sex. C. XIIII.

Et uidi. & ecce agnus stabat supra montē syon. & cum illo centū quadraginta quatuor milia: habentes nomen eius & nom patris eius scriptum in frontib; suis; Et audiui uocem de celo tan quā uocem aquarum multarum. & tan quā uocem tonitrui magni. Et uocem quam audiui. sicut cytharedorum cytharizantiū in cytharis suis: Et cantabant quasi canticū nouum ante sedem. & ante quatuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulierib; non sunt coinquinati. uirgines enim sunt. Hi secuntur agnum quocumq; ierit. Hi emp=

ti sunt ex hominibus primitie deo & ag
no · & in ore ipsorum non est inuentu̅
mendaciu̅ · Sine macula sunt ante thronu̅ dei ·
Et uidi alterum angl̅m uolantem p̲ me-
dium celum habentem euangl̅m eter-
num · ut euangelizaret sedentib⁹ super
terram · & sup̲ omnem gentem & tribu̅
& linguam & populum · dicens magna
uoce · Timete dm̅ & date illi honorem ·
quia uenit hora iudicii eius · & adorate
eum qui fecit celum & terra̅ mare & oi̅a q̅ in eis su̅t ·
& fontes aquaru̅ ; Et alius angelus
secutus e̅ dicens · Cecidit cecidit babylon ciui-
tas illa magna · que a uino ire fornicatio-
nis sue potauit omnes gentes ·
Et tercius angl̅s secutus e̅ illos ·
dicens uoce magna · Si quis adorauerit
bestiam & imaginem eius · & acceperit
caracterem in fronte sua aut in manu
sua · & hic bibet de uino ire di̅ quod
mixtu̅ e̅ mero in calice ire ipsius · &
cruciabitur igne & sulphure incon

spectu angelorum scorum & ante conspec
tum agni · & fumus tormentorum eorum
ascendet in secula seculorum · Nec habent
requiem die ac nocte qui adorauerunt
bestiam & imaginem eius · & siquis acce
pit caracterem nominis eius · Hic patien
tia scorum ē · qui custodiunt mandata
di & fidem ihū ·
Et audiui uocem de celo dicentē · Scri
be · Beati mortui qui in dno moriuntur ·
Amodo iam dicit sps · ut requiescant
a laboribus suis · Opera enim illorum se
cuntur illos · Et vidi · et ecce nubes can
dida · & sup nubem sedentem similem
filio hominis · habentē in capite suo co
ronam auream · & in manu sua falcē acu
tam ; Et alter angelus exiuit de templo ·
clamans uoce magna ad sedentem sup
nubem · Mitte falcem tuam & mete · quia
uenit hora ut metatur · qm̄ aruit messis
terre · Et misit qui sedebat supra nubē
falcem suā in terrā · & messuit terrā · Et

alius angls exiuit de templo quod ē
in celo · habens & ipse falcē acutam · Et
ali' angelus exiuit de altari qui habebat po
testatem sup ignē · et clamauit uoce magna ad
eum qui habebat falcem acutam dicens ·
Mitte falcem tuā acutam & uindemia
botros uinee terre · qm̄ mature sunt
uue eius · Et misit angelus falcē suam
in terram · & uindemiauit uineā terre ·
Et misit in lacum ire dī magnū · et cal
catus est lacus extra ciuitatem · & exiuit
sanguis de lacu usq; ad frenos equorū
p stadia mille sexcē[illegible]ta · C XV ·
Et uidi aliud signum in celo magnū &
mirabile · Angelos septem habentes pla
gas septem nouissimas · qm̄ in illis con
summata ē ira dī ; Et uidi tanquam
mare uitreū mixtum igne · & eos qui ui
cerunt bestiam & imaginē illius & nu
merum nominis eius | stantes supra mare
uitreum · habentes cytharas dī · & cantan
tes canticum moysi serui dī : & canticū

agni dicentes· Magna & mirabilia ope
ra tua dn̄e d̄s omps̄· iuste & uere vie
tue rex seculorū · Quis non timebit te
dn̄e & magnificabit nomen tuum? Quia
solus pi9 es· qm̄ omnes gentes uenient
& adorabunt inconspectu tuo · qm̄ iu
dicia tua manifesta sunt · Et post hec
uidi · & ecce apertum ē templum taberna
culi testimonii incelo · Et exierunt sep
tem angeli habentes septem plagas de
templo· uestiti lapide mundo candido·
& precincti circa pectora zonis aureis·
Et unus de quat tuor animalibus de
dit septem angelis septem fialas aureas ple
nas iracundie dī uiuentis in secula secu
lorum · Et impletum ē templum fumo
amaiestate dī · & de uirtute eius· Et ne
mo poterat introire in templum· donec
consummarentur septem plage septē

Et audiui uocē ma- CXVI· angelorū·
gnam de celo dicentem septem an
gelis· ite et effundite septem fialas ire dī

interram · Et abiit primus · & effudit fia
lam suā interram · et factum ē uulnus
seuum ac pessimū inhominib; qui habebant
caractere bestię · & eos qui adorauerunt
imaginem eius · Et secundus effudit fia
lam suam inmare · & factus ē sanguis
tanquam mortui · & omnis anima uiuens
mortua ē inmari · Et tercius effudit
fialam suam sup flumina & sup fontes
aquarum · & factus est sanguis · Et au
diui angelum aquarū dicentem · Iustus
es qui es & qui eras scs · quia hęc iudicas
ti · Quia sanguinem scorum & pphārum
fuderunt · & sanguinem eis dedisti bibe
re ut digni sunt ; Et audiui alterum
dicentē · Etiam dñe ds omps · uera &
iusta iudicia tua · Et quartus effudit
fialam suā insolem · & datū ē illi estu
affligere homines & igne · Et estuauerunt
homines estu magno · & blasphema
uerunt nomen dī habentis potestatē
sup has plagas · neq; egerunt peniten

tiam ut darent illi glam; Et quintus ef-
fudit fialam suā sup sedem bestię. & fac
tum ē regnum eius tenebrosum. Et com
manducauerunt linguas suas pre dolore.
& blasphemauerunt dm̄ celi pre dolorib;
& uulneribus suis. & non egerunt peni
tentiam ex operibus suis. Et sextus
angelus effudit fialam suam in flumen
illud magnum eufraten. & siccauit aquā
eius. ut prepararetur uia regib; ab ortu solis.
Et uidi de ore draconis & de ore bestię
& de ore pseudo pphe. spiritus tres inmun
dos in modum ranarum. Sunt enim spiri
tus demoniorum facientes signa. & pcedūt
ad reges totius terrę. congregare illos in
prelium ad diem magnum dī omīptis. Et
ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat
& custodit uestimenta sua ne nudus am-
bulet. & uideant turpitudinem eius;
Et congregabit illos in locum. qui uoca
tur hebraice ermagedon. Et septimus an
gelus effudit fialam suam in aerē. & exiuit

uox magna de templo a throno dicens. Factum ē. Et facta sunt fulgura & uoces & tonitrua. Et terre motus factus ē magnus. qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt sup terram. talis terre mot9 sic magnus. Et facta ē ciuitas magna in tres partes. & ciuitates gentium ceciderunt. Et babylon magna uenit in memoriam ante dm̄. dare illi calicem uini indignationis ire eius. Et omnis insula fugit. & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum descendit de celo in homines. & blasphemauerunt homines dm̄ pp̄ter plagam grandinis. qm̄ magna facta ē uehementer.

Et uenit unus de septem angelis. C.xvii. qui habebant septem fialas. & locutus est mecum dicens. Ueni ostendam tibi dampnationem meretricis magne. que sedet sup aquas multas. cum qua fornicati sunt reges terre. & inebriati sunt qui inhabitant terram de uino p̄stitutionis ei.

Et abstulit me in desertū in spū. Et uidi mulierem sedentem sup bestiam coccineā plenam nominibus blasphemie. habentem capita septem & cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura & coccino. & inaurata auro & lapide ptioso & margaritis. habens poculum aureum in manu sua plenum abhominationū & inmunditia fornicationis eius. & in fronte eius nomen scriptum mysterii. Babylon magna mater fornicationū & abhominationum terrę. Et uidi mulierem ebriam de sanguine scōrum. & de sanguine martyrū ihū. Et miratus sum cum uidissem illam ammiratione magna.

Et dixit mihi angelus. Quare miraris? Ego tibi dicam sacramentum mulieris & bestie que portat eam. quę habet capita septem & cornua decem. Bestia quam uidisti fuit & non est. & ascensura ē de abysso & in interitum ibit.

& mirabuntur inhabitantes terram quo
rum non sunt nomina scripta in libro
uite a constitutione mundi · uidentes
bestiā que erat et non ē · Et hic ē sensus
qui habet sapientiam · Septem capita
septem montes sunt sup quos mulier sedet ·
& reges septem sunt · Quinq; ceciderunt ·
& unus ē · ⁊ alius non dum uenit · et cū
uenerit · oportet illum breue tempus
manere · Et bestia que erat & non ē · &
ipsa octaua ē & de septem ē · & in in
teritum uadet · Et decem cornua que
uidisti decem reges sunt qui regnum
non dum acceperunt · sed potestatem
tan-quam reges una hora accipient
post bestiam · Hi unum consilium ha
bent & uirtutem & potestatem suam
bestie tradent · Hi cum agno pugna
bunt · & agnus uincet illos · qm̄ dn̄s do
minorum ē & rex regum · & qui cum
illo sunt uocati & electi fideles · Et dix
it mihi · Aquas quas uidisti ubi mere=

trix sedet populi sunt. et gentes et lingue
Et decem cornua que uidisti in bestia.
hi odient fornicariam. et desolatam fa
cient illam et nudam. et carnes eius man
ducabunt. et ipsam igni — cremabunt.
Ds enim dedit in corde eorum ut faciant
quod illi placitum est. ut dent regnum
suum bestie. donec consummentur uerba
di. Et mulier quam uidisti est ciuitas
magna. que habet regnum sup reges
Et post hec vidi aliu CXVIII. terre.
angelum descendentem de celo habente
potestatem magna. et terra illuminata
est a gloria eius. Et exclamauit in forti
uoce dicens. Cecidit cecidit babylon
magna. et facta est habitatio demonio
rum. et custodia omnis spiritus inmundi.
et custodia omnis uolucris inmunde.
— quia de ira fornicationis ei
biberunt omnes gentes. et reges terre
cum illa fornicati sunt. et mercatores
terre de uirtute deliciarum eius diuites

facti sunt. Et audiui aliam uocem de
caelo dicentem. Exite de illa populus
meus. et ne participes sitis delictorum eius.
et de plagis eius non accipiatis. quoniam pervenerunt peccata eius usque ad caelum.
et recordatus est deus iniquitatum eius.
Reddite illi sicut et ipsa reddidit uobis. et
duplicate duplicia secundum opera eius.
In poculo quo miscuit miscete illi duplum.
Quantum glorificauit se et in deliciis
fuit. tantum date illi tormentum et
luctum. quia in corde suo dicit. sedeo
regina et uidua non sum. et luctum non
uidebo. Ideo in una die uenient plage
eius mors et luctus et fames. et igni
comburetur. quia fortis est deus qui iudicabit illam. Et flebunt et plangent
se super illam reges terre qui cum illa fornicati sunt et in deliciis uixerunt.
cum uiderint fumum incendii eius. longe stantes propter timorem tormentorum
eius dicentes. Ve ue ciuitas illa mag

na babylon. ciuitas illa fortis: quoniam una
hora uenit iudicium tuum. Et negotia
tores terrę flebunt & lugebunt sup illam.
quoniam merces eorum nemo emet amplius. mer=
ces auri & argenti & lapidis pretiosi &
margarite. & byssi & purpurę & serici
& coccini. & omne lignum thynum
& omnia uasa eboris. & omnia uasa
de lapide pretioso & eramento & fer
ro & marmore. & cynamomum & a
momum. & odoramentorum & ungen
ti & thuris. & uini & olei & similę
& tritici. & iumentorum & ouium
& equorum. & redarum & mancipiorum
& animarum hominum: Et poma
desiderii animę discesserunt a te. et omnia
pinguia & clara perierunt a te. & am=
plius illa iam non inuenient merca
tores horum. Qui diuites facti sunt ab
ea. longe stabunt, propter timorem tor
mentorum eius. flentes et lugentes &
dicentes. Ve ve ciuitas illa magna.

que amicta erat bysso & purpura & cocco. & deaurata ē auro & lapide ꝑtioso & margaritis. qm̄ una hora destitute sunt tante diuitie. Et omnis gubernator & omnes qui in locū nauigant & naute & qui mari operantur. longe steterunt & clamauerunt. uidentes locum incendii eius dicentes. Que similis ciuitati huic magne. Et miserunt puluerem sup capita sua. & clamauerunt flentes & lugentes dicentes. Ve ue ciuitas magna. in qua diuites facti sunt omnes qui habent naues in mari de ꝑtiis eius. qm̄ una hora desolata ē.

Exulta sup eam celum & sc̄i & apostoli & pphte. qm̄ iudicauit ds̄ iudicium urm̄ de illa. Et sustulit unus angls fortis lapidem quasi molarem magnum. & misit in mare dicens. Hoc impetu mittetur babylon ciuitas illa magna. & ult̄ iam non inuenietur. Et uox cythar&orū & musicorum & tibia canentium & tu

ba. non audietur in te amplius. & omnis arti
fex omnis artis non inuenietur in te ampli
us: & uox mole non audietur in te ampli9.
& lux lucerne non lucebit tibi amplius.
& uox sponsi & sponse non audietur adhuc
in te. quia mercatores tui erant principes
terre. quia in ueneficiis tuis errauerunt
omnes gentes. & in ea sanguis pphetarum
& scorum inuentus e. & omniu qui inter
fecti sunt in terra. C.xix.

Post hec audiui quasi uocem magnam
multarum tubarum in celo dicentium;
Alleluia. Laus & gla & uirtus dõ nro.
quia uera & iusta iudicia eius sunt. quia
iudicauit de meretrice magna que cor
rupit terram in pstitutione sua. & uindi
cauit sanguinem seruoru suoru de mani
bus eius. Et iterum dixerunt. Alleluia.
Et fumus eius ascendit in secta sectoru. Et ceci
derunt uiginti quattuor seniores
& quattuor animalia. & adorauerunt dm
sedentem sup thronum. dicentes amē alla.

Et uox de throno exiuit dicens. Laudē
dicite dō nr̄o omnes serui eius. & qui ti
metis deū pusilli & magni. Et audiui
quasi uocem tube magnę & sicut uocē
aquarum multarū. & sicut uocē tonitru
orum magnorum dicentium alleluia.
qm̄ regnauit dn̄s dſ nr̄ omp̄s. Gaude
amus & exultemus & demus glām ei.
quia uenerunt nuptie agni. & uxor
eius p̄parauit se. Et datum ē illi ut coo
periat se byssino splendēti candido.
Byssinum enim iustificationes sunt scōꝝ.
Et dixit mihi. Scribe. Beati qui ad cenā
nuptiarum agni uocati sunt. Et dixit
mihi. Hec uerba dī uera sunt. Et cecidi
ante pedes eius. ut adorarem eum. Et
dixit mihi. Uide ne feceris. Conseruus tu
us sum & fratrum tuorū. habentium testi
monium ihū. Deū adora. Testimonium
enim ihū. est sp̄c. p̄phetie.
Et uidi celum apertum. & ecce equus al
bus. & qui sedebat sup eum uocabatur

fidelis & uerax · & cum iusticia iudicat et pugnat.
Oculi autem eius sicut flamma ignis · & in ca-
pite eius diademata multa · habens nomen
scriptum quod nemo nouit nisi ipse · et
uestitus erat ueste aspsa sanguine · & uo-
cabatur nomen eius uerbum dei · Et exercitus
qui sunt in celo · sequebantur eum in
equis albis · uestiti byssino albo mundo ·
Et de ore ipsius procedebat gladius ex utraque par-
te acutus · ut in ipso percutiat gentes · & ipse reget
eas in uirga ferrea · Et ipse calcat torcu-
lar uini · furoris ire dei omnipotentis · Et
habet in uestimento & in femore suo scrip
tum · rex regum & dominus dominantium · Et
uidi unum angelum stantem in sole · & cla
mauit uoce magna · dicens omnibus auibus
que uolabant per medium celi · Uenite et
congregamini ad cenam magnam dei · ut
manducetis carnes regum & carnes tri
bunorum & carnes fortium · & carnes equo
rum & sedentium in ipsis · & carnes omnium
liberorum ac seruorum · & pusillorum ac mag

norum: Et uidi bestiam & reges terrę. & ex
ercitus eorum congregatos. ad faciendum
prelium cum illo qui sedebat in equo. &
cum exercitu eius. Et apprehensa ē bestia. et
cū illa pseudo propheta qui fecit signa coram
ipsa. quibus seduxit eos qui acceperunt carac
terem bestię. & qui adorauerūt ymaginem eius.
Viui missi sunt hi duo. in stagnum ignis ar
dentis & sulphuris. Et ceteri occisi sunt in
gladio sedentis super equum. qui procedit
de ore ipsius. & omnes aues saturate sunt
carnibus eorum. C. XX.

Et uidi angelū descendentē de celo. haben
tem clauem abyssi. & catenā magnā in
manu sua. Et apprehendit draconem ser
pentem antiquum. qui ē diabolus & satha
nas. & ligauit eum per annos mille. Et mi
sit eum in abyssum. & clausit & signauit
super illum. ut non seducat amplius gentes.
donec consummentur mille anni. Et post hec
oportet illum solui modico tempore.
Et uidi sedes & sederunt super eas. & iudiciū

datum ē illis. & animas decollatorū pp̄ter testimonium ih̄u. & pp̄ter uerbum dī. Et qui non adorauerunt bestiam neq; imaginem eius. nec acceperunt caracterē eī in frontibus aut inmanib; suis. & uixerunt & regnauerunt cum xp̄o mille annis. Ceteri mortuorum non uixerunt. donec consummentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus & sc̄s qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem. sed erunt sacerdotes dī & xp̄i. & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni. soluetur sathanas de carcere suo. & exibit & seducet gentes que sunt sup quatuor angulos terre gog & magog. & congregabit eos in prelium. quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt sup latitudinem terre. & circuierunt castra sc̄orum & ciuitatē dilectam; Et descendit ignis a deo de celo. & deuorauit eos. Et diabolus qui seducebat eos missus ē in

stagnum ignis & sulphuris · ubi & bestia et pseu=
do pphete cruciabuntur die ac nocte in
secula seculorum ·
Et uidi thronum magnū candidū & sedentē
sup eum · a cuius aspectu fugit terra & celū ·
& locus non ē inuentus ab eis; Et uidi mor
tuos magnos & pusillos stantes in conspectu
throni · & libri apti sunt · Et alius liber aptus
est · qui ē uite · Et iudicati sunt mortui ex
his que scripta erant in libris secundum
opera ipsorū · Et dedit mare mortuos
qui in eo erant · & mors et infernus dederūt
mortuos qui in ipsis erant · & iudicatum ē
de singulis secundum opera ipsorū · Et infer
nus & mors missi sunt in stagnum ignis ·
Hec ē mors secunda · Et qui non ē inuentus
in libro uite scriptus · missus est in stagnū ignis ·
Et uidi celum nouum & terram CXXI ·
nouam · Primum enim celum & prima ter
ra abiit · & mare iam non est · Et ego iohs vidi ciuitatē
sanctam ierusalem nouam descendentem
de celo a deo paratam sicut sponsā ornatā

uiro suo. Et audiui uocem magnā de thro
no dicentem; Ecce tabernaculū dī cum ho
minibus. & habitabit cum eis.
Et ipsi populus eius erunt. & ipse deus cū
eis erit eorū ds. Et absterget ds omem
lacrimam ab oculis eorum. Et mors ultra
non erit. neq; luctus neq; clamor neq; do
lor erit ultra. que prima abierunt. Et
dixit qui sedebat in throno. Ecce
noua facio omnia. Et dixit m. Scribe. Quia
hec uerba fidelissima sunt & uera. Et
dixit mihi. Factum ē. Ego sum alpha et ω.
principiū & finis. Ego sitienti dabo de
fonte aquę uiuę gratis. Qui uicerit pos
sidebit hec. & ero illi de⁹. & ipse erit michi
filius. Timidis autem & incredulis & ex
ecratis & homicidis. & fornicatoribus
& ueneficis & idolatris & omnib; men
dacibus. pars illorū erit in stagno arden
ti igne & sulphure. qđ est mors secđa.
Et uenit unus de septem
angłis habentib; phialas plenas septē

plagis nouissimis. & locutus e mecu dicens.
Ueni ostendam tibi sponsam uxorem agni.
Et sustulit me in spu in montem magnum
& altum. & ostendit mihi ciuitatem scam
ierusalem descendentem de celo a do. ha
bentem claritate dei. Et lumen eius simile la
pidi ptioso. tan quam lapidi iaspidis sic
cristallum. Et habebat muru magnum
& altum habens portas duodecim. & in
portis angelos duodecim & nomina inscrip
ta. que sunt nomina duodecim tribuum
filioru isrl. Ab oriente porte tres. et ab aqui
lone porte tres. & ab austro porte tres. et ab oc
casu porte tres. Et murus ciuitatis habens
fundamenta duodecim. & in ipsis
nomina duodeci aptorum & agni.
Et qui loquebatur mecu habebat mensu
ram arundineam auream ut metiretur
ciuitatem & portas ei9 & murum. Et ciui
tas in quadro posita e. Et longitudo eius
tanta e quanta & latitudo. Et mensus e
ciuitatem de arundine p stadia duode

cim milia. Longitudo & latitudo & alti
tudo eius equalia sunt. Et mensus ē mu
ros eī centum quadraginta quatuor cu
bitorū. mensura hominis que ē angli. Et
erat structura muri eī ex lapide iaspide.
ipsa uero ciuitas aurū mundū. simile uitro
mundo; Fundamenta muri ciuitatis. omni
lapide ptioso ornata. Et fūdamentū pri
mum iaspis. scdʒ saphirus. terciū calce
donius. quartū smaragdus. quintū sar=
donix. sextū sardius. septimū chri
solitus. octauū beryllus. nonū topazi=
us. decimū chrisoprassus. undecimū ia
cintus. duodecimū amethistus. Et duo
decim portę duodecim margaritę sunt
p singulas. Et singulę portę erant ex sin
gulis margaritis. Et platee ciuitatis aurū
mundum. tanquam uitrum pluciclum.
Et templum non uidi in ea. Dn̄s enim d̄s
omps. templum illius ē & agnus. Et ciui
tas non eget sole neqʒ luna. ut luceant
in ea. Nam claritas dī illuminabit eā.

et lucerna eius est agnus. Et ambulabūt
gentes in lumīe eius. et reges terre afferēt
glām et honorē in illam. Et porte ei' nō clau
dent' p diem. Nox eīm non erit illic. Et affe
rent glām et honorē gentiū in illam. Nec
intrabit in eam aliquid coinquinatum et
faciens abhominationem et mendacium.
nisi qui scripti s̄ in libro vite et agni. C.xxii
et ultimū.
Et ostendit m̄ fluuium aque
viue splendidum tanqm̄ cristallum.
procedentem a sede dei et agni in me
dio platee eius. Et ex utraqȝ parte fluminis
lignum vite afferens fruct' duodecim. p
menses singlos reddens fructum suū. Et
folia ligni ad sanitatē gentiū. Et omē ma
ledictum non erit amplī'. sȝ sedes dei et a
gni in illa erunt. Et sui eius seruent illi.
et videbunt faciem ei' et nomen ei' in fro
tib' eoꝝ. Et nox ult̄ non erit. et non ege
bunt lumine lucerne neqȝ lumine solis.
qm̄ dn̄s ds̄ illuminat illos. et regnabt
in secla secloꝝ. Et dixit michi. Hec ver
ba fidelissima et vera sunt. Et dn̄s ds̄ spiri
tuum pphaꝝ misit anglm̄ suū. ostende
seruis suis que optet fieri cito. Ecce venio
velociter. Btūs qui custodit verba pphe
tie libri hui'. Et ego iohannes. qui au
diui et vidi hec. Et postqm̄ audissem et
vidissem. cecidi ut adorarem an̄ pedes an
geli. q m̄ hec ostendebat. Et dixit m̄. Vide

ne feceris. Conservus tuus sum et fratrum tuorum
prophetarum. et eorum qui servant verba libri huius.
Deum adora. Et dixit michi. Ne signaveris
verba prophetie libri huius. Tempus enim prope est.
Qui nocet noceat adhuc. et qui in sordi
bus est sordescat adhuc. et iustus iustifi
cetur adhuc. et sanctus sanctificetur adhuc.
Ecce venio cito. et merces mea mecum est
reddere unicuique secundum opera sua. Ego sum alpha
et ω. primus et novissimus. principium et finis.
Beati qui lavant stolas suas. ut sit potestas
eorum in ligno vite. et per portas intrent ci
vitatem. Foris canes et venefici. et impudi
ci et homicide et ydolis servientes. et omnis
qui amat et facit mendacium. Ego ihesus mi
si angelum meum. testificari vobis hec in ecclesiis.
Ego sum radix et genus david. stella sple
dida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt
veni. Et qui audit dicat veni. et qui sitit
veniat. Qui vult. accipiat aquam vite
gratis. Contestor enim omni audienti verba pro
phetie huius libri. Si quis apposuerit ad hec.
apponet deus super illum plagas scriptas in li
bro isto. Et si quis diminuerit de verbis li
bri prophetie huius. auferet deus partem eius de libro
vite et de civitate sancta. et de hiis que scripta sunt
in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum.
Etiam. Venio cito. Amen. Veni domine ihesu. Gratia
domini nostri ihesu xpisti cum omnibus vobis. Amen.

sua

iohis

Explicit liber apocalipsis beati iohannis apostoli et euangeliste.




Epistolæ S. Pauli
p. Acta Apost
pocal. S. Ioan. Ap
Teg. 128
Teg. 128.
Cod. lat. 18128
circ.
Sæc. XIV.